



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vniuersa Theologia Scholastica, Speculatiua, Practica

Ad methodum S. Thomæ, quatuor Tomis comprehensa

Tanner, Adam

Ingolstadii, 1626

Quæstio XI. De Potentia Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72856](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72856)

Damasceni, ideo non præfinire, quia ex seipso, atque ante determinationem liberam nostræ voluntatis non vult malum. Quo spectat ratio illa Anselmi; *neq. enim vitium admittere vult*: opus autē bonum non prædefinire, vel prædeterminare; nimirum prædefinitione necessitante, ac re ipsa determinante ad vnum, quia *virtuti vim non affert*, vt ipse ait. Et consonat hæc explicatio verbis illis Damasceni superius relatis, cum ait citat. lib. 2. de fide cap. vlt. *Quoniam diuina præscienti iustitiam opus est præfinitio*, seu potius prædeterminatio: vbi nomine operis, videtur externum & transeuntem. Dei effectum significare, ab internâ Dei iustitione seu ordinatione profectum. Eundem sensum habent illa verba, prout à Vasquio disp. 99. cap. 6. numero 39. referuntur: *Quocirca diuina iustitia, cum præscientia coniuncta, præfinitionem* (hoc est, determinationem transeuntem) *efficit*. Et mox subiungit: *Nam præscientia* (siue per præscientiam suam) *iam prælegit omnia DEVS, secundum bonitatem, & iustitiam suam*. Vbi vides, intrinsecam Dei præfinitionem in liberis actibus à Damasceno non negari, sed solam prædeterminationem transeuntem, ac necessitantem: vt proinde rectius locus ille vertatur, adhibito nomine, *prædeterminationis*, quam *præfinitionis*, vt dictum.

Et confirmatur denique assertio, & tota hæc doctrina, quâ pro eius defensione hæcenus attu-

limus: quia communis illa & recepta ex Almaino 1. Moral. c. 2. cause libera definitio, quod videlicet omnibus requisitis ad agendum positis, potest velle, & non velle, agere & non agere, etiam iuxta nostram sententiam, libero arbitrio, non obstante diuina eiusmodi prædefinitione, planissime cõuenit: non solū quia prædefinitio ad agendum ex parte causæ secundæ prærequisita non est; sed etiam quia illa posita intrinsecè, ac in sensu diuino nihilominus arbitrium creatum æquè potest non agere, ac agere; etsi futurum nunquam sit, vt non agat; cum eâ posita infallibiliter agat. Quo fit, vt omnis, quæ ex præfinitione oritur, necessitas, solū sit *consequens*, nō antecedens; *consequens*, non cõsequens; *hypothetica*, non absoluta; in sensu *composito*, non diuino; *infallibilitati*, non physica, seu coactionis, seu naturæ. Consentit his scriptura, dum indicat, Deum plane antecedenter posse quolibet inclinare humana corda, etiam saluâ libertate. Prouerb. 21. v. 1. *Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini; & quocūq. voluerit, inclinabit illud*. Et in eundem sensum S. Augustinus lib. de corrept. & grat. c. 14. *Deus sine dubio habet humanorum cordium, quo placet, inclinandum, Omnipotentissimam potestatem*. Plura de hac materia disp. seq. q. 1. dub. 5. & quæst. 6. dub. 3. & q. 7. dub. 5. In præfiniturum hæc, quæ diximus de præfiniturum difficultate, & tota hac quæstione sufficiant.

Q V Æ S T I O X I

De Potentia DEI.

S. Thomas 1. p. q. 25. aa. 6.



Interponit quidem S. Thomas post quæstionem 19. de voluntate Dei, tractationem de prouidentia & prædestinatione Diuina; sed quia res hæc propriam disputationem exigit, nos continuando attributa Diuina, quæ ad operationem Dei pertinent, post tractationem de scientia & voluntate Dei, subiungimus hanc quæstionem de potentia Dei; quam absoluemus quinq. dubitationibus. I. An sit in Deo, aliqua potentia operatiua ad extra; & quisnâ in genere sit modus seu ratio concursus Diuini, quo vna cum causis secundis operatur ad extra. II. Sit ne potentia Dei operatiua ad extra formaliter ipse intellectus & voluntas Dei: an potius perfectio ratione ab vtrâq. distincta. III. An Diuina potentia sit infinita & vera Omnipotentia: & quodnam proprie sit obiectum potentia Diuina. IV. Possit ne Deus facere plura ac meliora, quam fecerit, aut facturus sit, etiam in infinitum. V. An vti ad operationes transeuntes, ita etiam ad immanentes, detur in Deo potentia actiua, ab illis ipsi operationibus immanentibus ratione distincta.

DVBIVM I.

An sit in Deo aliqua potentia operatiua ad extra; & quisnâ in genere sit modus seu ratio cõkursus Diuini, quo vna cum causis secundis operatur ad extra.

S. Thom. 1. p. q. 25. a. 1.

Non est hoc loco quæstio de potentia passiuâ, quam constat in Deo non esse; cum in eo nulla sit compositio, nec imperfectio; siquidē est ens vndiqueque simplex, perfectum & infinitū, actusque purus, vt superius q. 1. 2. & seqq. diximus, sed

quæstio est de potentia actiua, non quidē hoc loco, ad actiones immanentes: etsi de hac, quasi ex occasione non nihil acturi simus, dub. 5. sed de potentia actiua transeunte; quæ videlicet terminatur ad operationes extra Deum positas; siue & sint operationes positivæ; siue quasi negatiuæ, aut priuatiuæ; seu potius subtractiones & suspensiones Diuinæ actionis.

Quo posito, de fide certū est primò, esse in Deo potentia operatiua ad extra: id quod ex scriptura alijsq; fidei principijs, satis constat, ex quæstione præced. vbi probauimus Deum voluntate agere, potissimum etiam ad extra: quando *omnia quacūq. voluit Dominus fecit (& facit) in celo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Psal. 134 v. 6.*

Secundo

Secundo certum est, contra Durandum in 2. d. 1. q. 5. Deum tanquam causam vniuersalem concurrere immediate ad omnem effectum creatum positium, quatenus effectus, adeoque ens est, vt ex philosophia suppono, & suo loco de actibus prauis in 1. 2. ex instituto docetur: & satis patet ex scriptura, Ioan. 1. v. 3. *Omnia per ipsum facta sunt; & sine ipso factum est nihil.* Item, *In ipso viuimus, mouemur, & sumus, &c.* De qua re plura disput. 6.

Tertio proinde etiam certum est, potentiam hanc operatiuam Dei ad extra non solum ratione, sed etiam re ipsa distinctam esse, ab ipsis operationibus, quæ ab ea proficiscuntur: quandoquidem operationes istæ sunt transeuntes, & aliquid creatum extra Deum: vt hoc loco suppono contra Caietanum 1. p. q. 25. artic. 1. & Bannem q. 45. a. 3. Conclus. 1. ex communi, vt dicitur Disp. 6. quæst. 1. dub. 1. Potentia vero Dei operatiua cum sit in ipso Deo, est aliquid increatum, & quidem à parte rei ipsamet essentia diuina; licet ab ea formaliter ac ratione distinguatur, vt generatim docuimus de attributis diuinis q. 2.

His positis, dubium est hoc loco, quisnam in genere sit modus seu ratio concursus diuini, quo nempe Deus, tanquam causa vniuersalis vna cum causis secundis operetur ad extra: abstrahendo interim à particulari modo causalitatis diuinæ, qua Deus concurrat ad actiones bonas & salutare homini; de qua re in materia de gratia agendum, &c. Et quamquam ea ipsa, quam proposuimus, quæstio, potius est philosophica, quam Theologica; quia tamen sæpe nobis ad eam recurendum est, multaque in Theologicis materijs ex eius resolutione dependet, vt etiam ex præced. quæst. dubio ultimo constat, vbi propterea eius resolutionem in hunc locum reuicimus: ideo non est hoc loco à nobis prætermittenda; quandoquidem proprie potentiam Dei operatiuam ad extra concernit, eiusque modum operandi cum causis secundis explicat.

Difficultas autem potissimum est, an DEVS tanquam causa vniuersalis, concursu præuio physice prædeterminet causam secundam ad operandum; ita vt prius natura influat in ipsam causam secundam, eam physice mouendo & applicando ad operandum, quam vel ipsa sese ad operandum determinet, vel concursum influxumque suum ad operandum exhibeat, an potius sufficiat ex parte Dei concursus simultaneus, quo simul vna cum causa secunda ad operandum concurrat.

De qua re est prima sententia eorum, qui docent, talem concursum Dei præuio in ipsam causam secundam, eamque physice applicantem, ac prædeterminantem ad operandum, ad omnem prorsus actionem causæ secundæ necessarium esse, tam naturalem, quam liberam; nec solum moraliter bonam, sed etiam malam, in quantum ens est. Ita quidam Thomistæ recentiores, speciatim Cabrera 3. p. q. 17. art. 4. Disput. 2. §. 3. à num. 113. Didacus Aluarez. lib. 3. de auxilijs diu. grat. Disput. 18. & 24. Citatur etiam pro hac sententia in primis S. Thomas in 1. p. q. 2. a. 3. & q. 105. a. 4. & 5. & in 1. 2. q. 109. præsertim artic. 1. & 9.

& ibidem quæst. 110. & 111. in quibus locis sæpe docet, necessarium esse, vt Deus tanquam vniuersale agens moueat causas secundas ad suas operationes: quod etiam docet in 2. sent. dist. 37. q. 2. a. 2. & 3. contra gentes cap. 70. & cap. 66. vbi ait: *Complementum virtutis agens secundi, est ex virtute agentis primi.*

Maxime autem insignis habetur locus ille q. 3. de potentia a. 7. in corp. vbi ait: *Deus operatur in natura, & in voluntate operantibus, & hoc multipliciter. Primo quidem quia dedit rebus naturalibus virtutes, per quas agere possunt. Secundo in quantum conseruat virtutem naturalem in esse. Tertio in quantum mouet eam ad agendum: in quo, inquit, non intelligitur collatio aut conseruatio virtutis actiua, sed applicatio virtutis ad actionem; sicut homo est causa incisionis cutellæ ex hoc ipso, quod applicat acumen cutellæ ad incidendum. Quarto modo, inquit, vnum est causa actionis alterius, sicut principale agens est causa actionis instrumenti, & hoc modo etiam oportet dicere, quod Deus est causa omnis actionis naturalis.* Et ibidem ad 7. docet, Deum, quando mouet causam secundam ad agendum, aliquid ei conferre, quo actualiter agat, & ait: *Id quod confert, esse intentionem quandam primi agentis, habens esse incompletum, per modum quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento artificis.* Idem docet Ferrariensis. 3. contra gentes. c. 70. & sequi videtur eum locum referendo, Capreolus in 2. d. 1. q. 2. a. 1. Citatur etiam Caietanus 1. p. q. 45. a. 5. & q. 115. a. 6. sed Caietanum expresse contrarium docere inferius patebit.

Sed & Catechismus Romanus non obscure eandem sententiam tradere videtur part. 1. de primo symboli art. num. 22. vbi dicitur: *Non solum autem Deus vniuersa, qua sunt, providentia sua tuetur, atque administrat; verum etiam qua mouentur & agunt aliquid, intima virtute ad motum atque actionem ita impellit, vt quamuis secundarum causarum efficiencia non impediatur, præueniat tamen; cum eius occultissima vis ad singula pervineat; & quemadmodum sapiens restatur, attingit à fine, usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter, &c.*

Secunda sententia est, eiusmodi motionem præuio physice prædeterminantem causam secundam ad operandum, solum interuenire in actionibus bonis, non in ijs, quæ sunt moraliter malæ & peccaminosæ. Ita sentiunt alij quidam recentiores Thomistæ apud Molinam q. 14. a. 13. d. 7. & apud Suarez infra.

Differunt tamen in eius sententiæ explicatione Thomistæ inter se. Quidam enim sentiunt, præmotionem illam esse aliquid in ipsa causa secunda receptum & ab ipsa eius operatione distinctum, & à solo Deo effectiue pendens, idque vel qualitatem aliquam, non quidem per modum habitus permanentis, sed per modum dispositionis transeuntis vna cum operatione causæ secundæ; quam sententiam probabilem dicit esse Cabrera loc. cit. vel vt alij docent, motionem, vt aiunt, virtuosam, habentem esse quoddam incompletum, per modum quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento artificis, vt docet Didacus Aluarez disp. 19. à num. 5. Alij vero sentiunt, motionem illam esse quidem aliquid in causis secundis receptum, at non ab earum

operatione distinctum; sed esse realiter ipsam operationem causâ secundâ, quatenus procedit ex influxu Dei, non simultaneo, sed præmouente, & prædeterminante causam secundam ad operandum & influendum. Omitto eos, qui dicunt, motionem illam præuiam esse ipsum Deum, seu voluntatem diuinam, quatenus parata est & exposita, ad concurrendum simul cum causis secundis, quotiescunq; ipsæ operantur, simul cum ipsa operatione causâ secundâ, quatenus procedit ex concursu Dei simultaneo: quæ sententia à tertiâ & vera sententia mox declaranda, re ipsa non differt.

6 Assertio 1. Præmotio aliqua transiens, & in causis secundis recepta, siue concursus Dei præuius, quo causâ secundâ prius natura ad operandum physice prædeterminetur, quam ipsa in operationem influat, quocumque demum nomine vocetur, & quomodo unquæ explicetur, vniuersim ad operationem causâ secundâ, seu naturalis ea sit, seu libera, non requiritur. Hanc assertionem ex instituto contra Authores primæ sententiæ tuentur Molina 1. p. quæst. 14. artic. 13. disp. 6. Suarez Metaph. tom. 1. d. 22. à sect. 2. & in opusc. de concursu Dei lib. 1. cap. 4. num. 6. & toto cap. 5. 6. 7. & lib. 2. cap. 6. 7. 8. Lessius de gratia efficaci per plura capita, Vasquez 1. p. tom. 1. disput. 88. cap. 5. & disput. 99. cap. 7. numero 40. 45. 48. & cap. 8. num. 5. & ex instituto 3. p. tom. 1. disp. 74. cap. 8. vbi plus etiam docet, videlicet nulla plane opus esse determinatione diuinâ, qua causâ secundâ determinetur ad rationem indiuiduam actus; sed causas quidem naturales seipsis, hoc vel illo tempore, determinatas esse non solum ad specificationem, vel etiam exercitium tale vel tantum, ipsius actus; sed etiam ad rationem indiuiduam ipsius actus: causas vero liberas eo ipso, quod se hoc vel illo tempore determinant ad exercitium tale vel tantum huius vel illius actus, ex consequenti etiam sese determinare ad rationem indiuiduam eiusdem actus: eo quod causâ secundâ in actus exercitio tali vel tanto, hoc vel illo tempore, non sit indifferens ad plures numero actus eiusdem modi ac intensiōis, sed determinata ad certum & indiuiduū, vnumque numero actum; de quo tamen in præsentem non disputamus.

7 Eandem sententiam ex antiquioribus Scholasticis tradunt Scotus, immerito pro opposita sententia citatus, in 2. d. 37. q. 1. & in 4. dist. 49. q. 6. vbi non solum docet, eiusmodi determinationem seu applicationem non esse in nobis, sed etiam ex illa nostram libertatem auferri, vt bene notantur, Suarez loco cit. num. 6. & Vasquez cit. d. 88. cap. 5. post Lychetum in 1. d. 36. & fere Mayronem in 2. d. 43. q. 4. qui ita etiam cum Scoto sentiunt. Idem sentit Gabriel in 2. d. 37. q. 1. a. 1. not. 1. item Caietanus q. 14. a. 13. & q. 19. art. 8. vbi expresse docet, Deum tanquam causam vniuersalem, non præuiam, sed simultaneo concursu cum causâ secundâ concurrere.

Sic enim habent verba Caietani cit. a. 8. in responsione ad quoddam Scoti argumentum, superius etiam à nobis dissolutum quæst. 10. dub. 6.

Dupliciter contingit (seu intelligi potest) secundam causam moueri à prima; vno modo motione præuia actiōni, sicut baculus mouet lapidem, motus à manu; alio modo motione cooperatiua intrinsicè propria actiōni. Et quicquid sit de maiore in primo sensu; in secundo tamen est falsa: in quo tantum verificatur minor; (nimirum, omnis causâ secundâ est mouens in quantum mota à prima) Non enim oportet, cum aliquis vult aliquid, seu cum sol illuminat, primam causam præuia motione cooperari; sed sufficit & exigitur, eam intrinsicè cooperari tali electiōni, vel illuminationi. Et ibidem superius ait: Prima causâ non attingit effectum secundæ causæ in seipsa, sed modificat à cooperatione sua, iuxta modum ipsius causæ secundæ. Vt immerito plane Caietanus pro opposita sententia citetur.

8 Eiusdem sententiæ est Ruardus art. 7. §. Decima propositio. Et addit Suarez loco cit. num. 7. nullum fere autorem antiquum, aliquem modum harum prædeterminationum expresse docuisse.

Probatur hæc assertio primum autoritate S. Augustini immerito etiâ pro opposita sententia citati: Sic enim ait Serm. 13. de verbis Apostoli post med. Tu te vis agere? A te ipso vis agi? &c. Non qui spiritu suo aguntur, sed quotquot spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei. Dicit mihi aliquis: ergo agimur, non agimus. Respondeo; imo agis, & ageris: & tunc bene agis, si ab eo agaris. Vbi expresse docet, quoties à Deo agimur (motione scilicet diuina præuia, vt in actionibus salutaribus accidere suo loco dicitur) cum agimus, bene nos agere; sentit ergo, in actionibus malis, motione eiusmodi præuiam nos à Deo non agi; ac proinde neque vniuersim eiusmodi præmotionem in omni actione causâ secundâ necessariam esse.

9 Eandem sententiam tradit S. Bernardus lib. de grat. & lib. arbit. vbi de gratia loquens ait: Ad hoc unquæ præueniens, vniuersim sibi deinceps (liberum arbitrium) operetur. Ita tamen, quod ab vtroque caput est, pariter ab vtroque perficitur, vt mixtum, non sigillatim, simul, non vicissim, per singulos profectus operentur; non partim gratia, partim liberum arbitrium opere indiuiduo peragant. Vbi concursum & cooperationem Dei docet esse simultaneum, non præuium.

Secundo probatur assertio ratione. Si eiusmodi præuia Dei motio necessaria esset ad omnem actionem causæ secundæ, ideo esset; vel quia necessaria est, vt vis agendi seu actiuitas causæ secundæ in actu primo per eam compleatur & perficiatur; tum quia alioqui non posset tribuere suo effectui vltimam actualitatem, & esse quod habet; tum quia omnis forma & virtus operatiua creata, est actus admixtus potentia; nec adeo habet tam perfectâ actualitatem, quâ habet operatio, quæ est actus secundus; vel vt ad agendum in actu secundo applicetur, & determinetur: vel quia ipsamet determinatio, seu influxus causæ secundæ ad agendum, est quidem Dei effectus; qui proinde ab eo per aliam priorem actionem necessario dependet: Sed ob nullam causam ex tribus prædictis asserti potest, motionem eiusmodi præuiam Dei necessariam esse in qualibet actione causæ secundæ. Ergo, &c.

10 Maior constat; quia nec ab opposita sententia auctoribus

auctoribus alia causa assignatur, nec alia plane assignari potest; ut inductione patet. Minor probatur quoad primam partem. Quia in hac materia supponimus causam secundam, aut esse causam principalem; quæ vim sufficientem habeat ad suam operationem; ut est ignis respectu calefactionis, seu ignitionis, &c. aut certe esse ipsam vim causæ secundæ principalis immediate actiuam, ac seipsa ad hanc actionem determinatam, ut est calor, respectu calefactionis: Ergo ad complemendam vim actiuam causæ secundæ, præmotio eiusmodi non est necessaria. Quod si causa secunda sit instrumentalis, quæ producit effectum supra vires suæ actiuitatis, ut quando calor producit ignem; tunc quidem etsi necesse foret, vim eius agendi suppleri, at non eiusmodi præmotio- ne causæ primæ; sed vel ab ipsa causa principali secunda, vel Dei influxu simultaneo; id enim sufficit, ut dicitur. Quare etiam Thomistæ recentiores nonnunquam ipsi fatentur, hanc præmotio- nem Dei supponere quicquid est necessarium ex parte actus primi, per modum potentia, aut operatiua virtutis; item præuium eiusmodi influ- xum non esse necessarium, ut voluntas possit ope- rari actus sibi proportionatos; sed ut operetur: quicquid alias parum consequenter dicant, ne- cessarium esse, ut causæ secundæ compleantur in sua virtute actiua, seu operatiua, per motionem actualem primi agentis.

11 Quare etiam ad propositum nihil facit argu- mentum, quod ab instrumento artis v. g. securi, comparato ad effectum artis petunt; quasi eodem plane modo opus sit causam secundam moueri à causa prima, quo instrumentum artis mouetur ab artifice: quando non solum id ipsum paulo antea expresse negatum vidimus à Caietano; sed aperta simul etiam discriminis ratio obstat: quia instrumentum ex se & virtute propria formæ non habet vim ad producendum eiusmodi effectum principalis agentis; cuius oppositum in præsentia accidit. Alioqui fatendum esset, causas secundas solum esse instrumenta Dei in suis operationibus; non autem propria virtute quicquam agere; quod dici non potest, ut hoc loco suppono.

Nec obstat, quod vis operatiua causæ secundæ est actus primus, operatio autem eius est quidam actus secundus; aut quod causa secunda ex se non producit effectum secundum communissimam rationem entis: quasi idcirco debeat à Deo influ- xu præuii perfici & determinari. Posterior enim ratio bene quidem probat, necessarium simul esse actualem concursum Dei, in omni actione causæ secundæ: nulla tamen ratio est, cur ideo præuii concursu debeat præmoueri, quandoquidem nec supposita quidem eiusmodi præmotio, causa secunda suos effectus producit, formaliter & re- duplicatiue, quatenus entia, sed qua talia entia sunt.

12 Prior ratio constare non potest, cum eò ten- dat, ut absolute neget, causam secundam habere vim sufficientem in actu primo ad producendum suum effectum, vel vllam operationem secundam: quod sanè dici non potest; non solum quia non- omnis effectus, de quo loquimur, est actus secun-

13 dus; sed sæpe etiam actus primus; v. g. calor ignis &c. Verum etiam quia dici nullo modo po- test, operationem, seu actum secundum, vniuer- sim loquendo, absolute perfectiorem esse, aut omnino etiam plus actualitatis habere, quam ha- bet actus primus, à quo naturaliter tanquam à causa principali proficiscitur; cum potius hæc & perfectionem atque actualitatem actus secun- di saltem eminenter contineat, & simul etiam propriam perfectionem habeat, qua eiusmodi o- perationem longè excedat: esto hæc secundum quid maiorem actualitatem habeat. Denique, si maxime ob eiusmodi causam necessarium esset, compleri vim actiuam causæ secundæ, non ta- men ideo necesse foret, compleri per præmo- tionem eiusmodi, & concursum præuium; sed sufficeret concursus simultaneus, ut in pluribus equis eundem curram trahentibus accidit, & suo loco fusi de gratia dicitur.

Secunda pars minoris probatur, quia si agens sit naturale, iam seipso ac sua natura est determi- natum, positis omnibus prærequisitis ad agen- dum; Si autem causa libera sit, seipsam determi- nat; nec opus habet aliquo extrinseco physice præ- determinante; imò potius physicam eiusmodi præ- determinationem respuit, ut inferius dicitur. Denique si causa secunda vel maxime indigeret concursu Dei determinante ad agendum; nulla tamen ratione probaretur, opus esse præuia de- terminatione physica; quandoquidem ipso Dei concursu simultaneo determinari suo modo pos- set ad agendum, ut inferius dicitur, & in diuer- so genere re ipsa docent quidam nostræ sententiæ auctores; qui existimant, causas secundas indige- re determinatione diuina, quo ad rationem indi- uiduam actus, ut videre licet apud Suarez cit. lib. 1. cap. 7. num. 4.

Tertia pars minoris probatur; quia ut rectè Molina cit. d. 5. & 6. & Suarez c. 4. n. 7. docent, actio siue influxus, adeoque determinatio causæ secundæ, est quidem à Deo, & late, loquendo quidam quasi effectus Dei, & aliquid ab eo de- pendens, sed non per aliam actionem Dei prio- rem transeuntem, ne detur processus in infini- tum, sed seipsa; sicut etiam seipsa, & non per aliam actionem pendet à causa secunda. Neque verò etiam re ipsa est alia actio seu influxus Dei, alia causæ secundæ; sed vna & indiuisibilis actio vtrumque respiciens: quæ qua ratione à Deo pendet, Dei concursus dicitur; ut verò simul pen- det à causa secunda, dicitur concursus causæ se- cundæ. Ex quibus denique efficitur, nullum esse fundamentum constituendi eiusmodi præmotio- nem Dei præuiam. Plura assert. seq.

14 Assertio II. Eiusmodi prædeterminatio Dei physica in actionibus peccaminosis (quæ nimi- rum malitiam moralem adiunctam habent) nullo modo est possibilis; nec Deo vlla ratione tribu- enda. Ita auctores pro præcedenti assertione cita- ti; speciatim Molina d. 7. Suarez lib. 2. de concur- su Dei c. 1. 2. 3. 4. & 5. consentiunt Thomistæ quidam recentiores apud eisdem, ut dictum. Pro- batur primo ex scriptura, quæ prorsus negat, ho- minem à Deo incitari, aut impelli, aut moueri ad

peccan-

peccandum, vel etiam ad actum peccati, cui adiuncta sit moralis malitia. Eccli. 15. v. 12. *Non dicas, ille me implenavit, non enim necessarij sunt ei homines impij.* Iacob. 1. v. 13. *Nemo cum tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur; Deus enim intentator malorum est; ipse autem nemine tentat.* Si Deus nō tentat homines, multo minus ad actus moraliter malos determinat, vel applicat, aut prāmouet; hoc enim multo magis alienū est ab infinita bonitate, vt dicitur.

15 Secundo probatur assertio ex SS. Patribus, qui idcirco etiā negant, Deum esse auctore peccatorū, siue actū malorum, aut ad hęc à Deo vilo modo hominem impelli. S. Augustinus lib. 1. de ordine c. 1. *Illud quasi necessarium, inquit, qd, quibus talia sunt curę; dimittimus credendum, aut diuinam providentiam non vsque ad hęc vltima q̄ ima protendi; aut certe mala omnia Dei voluntate committi. Verumque impium, sed magis posterius.* Quomodo enim negari possit, Dei voluntate committi, quod Deo prāmouente, & physice prädeterminante fit, non video. Rursum lib. 5. de Ciuit. Dei c. 9. *Male, inquit, voluntates ab illo non sunt, quoniam contra naturam sunt.* Et lib. de spiritu & lit. c. 3. *Nysquam legimus in scripturis sanctis; non est voluntas nisi a Deo. Et recte non scriptum est, quia verum non est. Alioquin q̄ peccatorum, quod absit, auctor est Deus, si non est voluntas, nisi ab illo.* Item lib. de Articulis fald sibi impositis art. 10. *Detestanda, inquit, & abominanda opinio est, que Deum cuiusq̄ mala voluntatis, aut mala actionis credit auctorem.* Huc spectat, quod assert. præced. ex S. Augustino relatum. hominem tunc bene, non male agere, quoties à Deo agitur; præuio scilicet aliquo impulsu. Item Eusebius libro 6. de præparat. Euangelij cap. 5. *Impius profecto, inquit, iudicabitur, imo vero pessimus omnium, qui à Creatore vniuersi, alios ad adulteria, alios ad rapinas, alios ad alia vitia impelli arbitretur.* Et infra. *Quare non iure homo, sed creator eius, peccator erit: quo dogmate nihil scelestius cogitari potest* Et plura huius generis retulimus q. præced. d. 7.

16 Tertio probatur assertio ex definitione Ecclesiæ. In Concilio Arauciano II. can. 23. dicitur: *suam voluntate homines faciunt, non Dei, quando id agunt quod Deo displicet.* Et can. 25. *velut propriū bonis operibus tribuitur, quod Deus ea in nobis incipiat.* Item Concil. Trident. sess. 6. canon. 6. dicit. *Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, viam suam mala facere, sed mala opera, ita vt bona, Deum operari, non permissiue solum, sed etiam proprie & per se, adeo vt sit proprium eius opus, non minus proditio Iudæ, quam vocatio Pauli, Anathema sit.* Certe si voluntate Dei (nimirū præuia ac prāmouente) non fiunt opera mala; si propriā est bonorū operū, quod ea Deus in nobis incipiat; si propriū Dei opus non est proditio Iudæ; nec in nobis per se facit Deus mala opera nostra; dici non potest Deum prāmouere, physiceq; prädeterminare, & applicare voluntatē nostrā ad faciēda mala opera, actusq; peccaminosos eliciēdos.

17 Quarto probatur ratione, ex mente Patrū, quos citauimus. Si enim Deus physice prädeterminaret voluntatē nostrā ad actus malos, sequeretur planē Deum esse Auctorem tum omnium operū malorū, saltem in quantum entia sunt; tum etiam ipsius peccati: sed vtrumq; hoc est plane absurdum, & alienum à SS. Patribus, & consuni sensu Ecclesiæ:

Ergo &c Maior probatur quantū ad primā partē. Quia nemo magis Author est alicuius operis, quā q̄ siue moraliter, siue physice prāmouet; incipit, prædefinit, prædeterminat, seu præuio ac principali concursu causat opus aliquod: nō enim quiuis operando aut cooperando aliquid efficiens, dicitur Author rei, sed qui inceptor est, & principalis machinator rei, quē Græci etiā *ἀρχηγός* & *ἀρχιτέκτων* vocant. Quo fit vt etsi Deus, velut causa vniuersalis opus malum hominis, in quantū eas est, efficiat, author tamē eius dici minime possit, aut debeat, vt rectē etiā notauit Suarez opusc. de concursu Dei l. 2. c. 3. n. 9. & 19. quicquid contra modū loquendi SS. Patrū, atq; etiā veterū Scholasticorū, recentiores quidā Thomistæ, Deum non solū effectore, seu cooperatore mali operis, in quantum ens est, sed etiam auctorem dicere non vereantur.

18 Secunda pars eiusdem propositionis itidē probatur: quia author peccati optimo iure, & vltimo loquendi modo, dicitur ille, qui est author operis, cui adiuncta est malitia peccati, etiā si interim malitiā ipsam formaliter non intendat, nec velit, sed bonū aliquod vile vel delectabile, actui malo coniunctum, aut ex eo subsequens; vt patet in auctore conspirationis ob regnandi cupiditatē susceptæ, &c. Cum ergo Deus plane futurus sit author operis mali, si ad hoc ipse prāmoueat, negari etiam non potest, eum ex ea hypothesi, peccati quoq; auctorem futurum; esto non intendat, nec velit ipsam per se malitiam, sed solam rationem entitatis actui malo inexistentem.

Secundo, quicquid agit homo à Deo actus, bene agit, non male, vt superius ex S. Augustino vidim⁹ assert. 1. Deum enim prāmouentē sequi, malū nō est; sed necessariū: sed quidquid homo agit prädeterminatē, prāmouētē, & applicatē Deo, agit velut à Deo act⁹, vt patet: ergo quicquid homo agit prädeterminatē, prāmouētē, & applicatē Deo; bene agit, non male: ac proinde ad nullū malum opus concursu præuio prædeterminatur, prāmouetur & applicatur humana voluntas à Deo.

19 Tertio. Si Deo physice, modo explicato, prāmouente, prädeterminante, & applicante, fierent mala opera, iam eo ipso, quatenus quidem ab homine fierent, peccata proprie & mala moraliter non essent; sed hoc est plane absurdum, & contra fidem, vt patet: sequela maioris probatur. Quia ad peccatum & malum morale proprie ac formaliter dictū, requiritur libertas, vt constat apud omnes Catholicos; quæ tamen esse non potest, vbi prædeterminatio illa physica locū habet vt mox dicitur.

Assertio III. Prædeterminatio illa Dei physica plane repugnat libertati causæ secundæ, siue volūtatī creatæ: ac proinde in nulla profus actione libera causæ secundæ est possibilis. Ita auctores citati p̄ prima & secundā assertionē. Probatur. Primo: Quia causalibera ab omnibus definiri solet, quæ positis omnibus ad agendū requisitis, potest absolute agere & nō agere: at vero supposita & admissa eiusmodi prædeterminatione physica dici non potest, volūtatē creatā, positis omnib⁹ ad agendū prærequisitis, posse agere, & nō agere: ergo supposita & admissa eiusmodi prædeterminatione physica tollitur libertas creatæ voluntatis.

20 Minor probatur. Quia si datur eiusmodi physica prædeterminatio, & quidem ad omnem actionem causæ secundæ necessaria, ut vult opposita sententia; tunc inter prærequisita ad agendum, seu quod hæc ipsa prædeterminatio ad agendum, seu quod idem est, concursus Dei physice prædeterminans, & applicans ad operandum: at vero supposita hæc prædeterminatione physica, voluntas creata non potest non agere, sed necessario plane agit; quia ea secum necessario profertur, physico etiam nexu trahit actionem causæ secundæ subsequenter, ut factentur Authores oppositæ sententiæ: Ergo supposita & admitta eiusmodi prædeterminatione physica, dici non potest, voluntatem creatam positam omnibus ad agendum prærequisitis posse agere & non agere.

Secundo. Causa libera non est, nisi priusquam agat, sit intrinsece indifferens ad vtrumlibet, ita ut æque possit agere, ac non agere: sed impossibile est, ut voluntas creata priusquam agat, sit intrinsece indifferens ad vtrumlibet, si quidem priusquam agat, necessario prædeterminatione physica intrinsece præmouetur à Deo ad agendum: hoc ipso enim antequam agat, iam ad vnum solum, nimirum ad agendum est extrinsece determinata; ac proinde non est indifferens intrinsece tam ad agendum, quam non agendum, Ergo &c. Minor patet. Maior probatur. Quia indifferetia illa est de ratione causæ contingentis; maxime verò causæ liberæ.

21 Tertio. De ratione causæ liberæ est, ut seipsam liberè determinet ad agendum; hoc enim differt à causa naturali, & necessaria, quæ sua natura ac necessario ad agendum est determinata, certis conditionibus suppositis: at vero prædeterminatione illa Dei physica tollit omnem determinationem liberam ipsius voluntatis creatæ: quandoquidem determinari non potest, nisi quod antea adhuc erat indeterminatum; nec libera respectu creatæ voluntatis determinatio esse potest, quam præuia prædeterminatio physica, & quidem intrinseca ipsius Dei antevertit, ac necessario intrinseceque nexu secum trahit: quorum vtrumque in præsentem accidit, si voluntas creata ad quamlibet actionem suam à Deo intrinsece prædeterminatur.

22 Quarto. Quicquid necessario fit, ex conditione, tum natura ac ratione antecedente liberam voluntatis determinationem, tum voluntatem ipsam intrinsece ac physice determinate, ac necessitante ad operandum, id simpliciter & absolute necessario fit; ut patet in amore beatorum visionem Dei necessario consequente; & colligitur ex Anselmo explicato & expenso quæst. præced. dub. ultimo: & ratio est manifesta, quia tunc revera voluntas non habet in manu sua agere, vel non agere; quandoquidem in manu sua non habet intrinsecum principium physicum, ex quo intrinseca ac physica necessitate sequitur actio; & quod ad ipsam actionem prærequisitum est: at vero si voluntas creata physice à Deo ac intrinsece prædeterminatur ad quamlibet suam actionem, tunc quicquid à voluntate creata fit, necessario fit ex conditione non solum natura ac ratione antecedente liberam voluntatis determinationem, sed

etiam voluntatem ipsam intrinsece determinante ac necessitante ad operandum: quandoquidem illa ipsa prædeterminatio diuina præuia, quocumque nomine vocetur, seu qualitatibus ac dispositionibus cuiusdam; seu motionis transeuntis, secundum hos auctores quicquam asserunt, non solum natura ac ratione antecedenti liberam voluntatis determinationem; sed etiam ipsam voluntatem intrinsece determinat ac necessitat ad operandum; nec tamen sine ea quicquam fieri à creatâ voluntate potest: Ergo si voluntas creata physice à Deo ac intrinsece prædeterminatur, ad quamlibet suam actionem, planè sequitur, quicquid ab ea fit, simpliciter & absolute necessario fieri; ac proinde ea prædeterminatione posita, tolli libertatem omnem causæ secundæ, seu voluntatis creatæ.

23 Ad hæc argumeta Authores oppositæ sententiæ tribus modis respondent. Primo generatim aiunt, eam præmotionem diuinam, iuxta suam ac simul efficacem dispositionem diuinam providentiam, esse attemperatam conditioni ac naturæ ipsius causæ secundæ; quæ proinde modum agendi conaturalè causæ liberæ seu voluntatis creatæ non tollat, nec impediat, sed potius statuat ac promoueat. Sed hæc responsio minime satisfacit. Cum enim argumenta superius allata conuincant, hunc modum diuinæ providentiæ pugnare cum libertate, non potest dici eam esse attemperatam conditioni ac naturæ ipsius etiam causæ liberæ. Multo min⁹ efficacitas diuinæ voluntatis ac providentiæ facit, ut quilibet quolibet modo efficiat Deo possit; non enim v.g. potest facere hominè sine anima; neque adeo volitionem creatam liberam absque indifferetia; seu sublatam voluntatis indifferetiam: sed videndum est, an non modus, quo aliquid à Deo fieri dicitur, pugnet cum ipso effectu, quod in præsentem accidere demonstrauimus. Alias ea ratione in qualibet omnino actione humana voluntatis defendi libertas poterit; etiam in ipso beatorum amore; si quis modo dicat, eum mediante visione beatifica à Deo effici consentaneè conditioni & naturæ ipsius voluntatis liberæ, &c.

24 Secundo respondent, eam necessitate operandi causæ secundæ, quæ sequitur ex præmotione diuinæ præuia, solum esse conditionatam & hypotheticam; adeoque in sensu composito; non absolutam, & in sensu diuiso; seu quod idem est, necessitatem consequentiæ; non consequentis; eo quod sequatur solum ex conditione illius prædeterminationis præuia. Sed hæc etiã responsio nihil plane momenti habet. Non enim omnis necessitas, quæ sequitur ex conditione aliqua, est, & dicitur conditionata, sed quæ sequitur ex conditione aut supponente, aut concomitante inuolvente, aut certe intrinsece non impediante ac inuolvente liberam determinationem, seu modum connaturalem operandi causæ liberæ; quæ libera est; alias etiam amor beatorum, quia sequitur solum ex conditione præuia visionis beatificæ, erit necessarius non absolutam, sed solum conditionatam necessitate; & in sensu composito, non diuiso; & necessitate consequentiæ solum, non consequentis; quod est absurdum, & contra omnes. Cum ergo nos probauerimus, eam conditionem præuia determinationis physice intrinsece pugnare cum liberâ determinatione, & mo-

do con-

do connaturali agendi causæ liberæ, qua libera est, non potest ea necessitas esse & vocari solum conditionata, aut consequentia; sed est necessitas plane absoluta & consequentis; & in sensu diuino, non cõposito tantũ, vt de amore beatorũ dixim⁹.

25 Tertio respondet, necessitatẽ absolutã voluntatis solũ oriri ex vnica & certa illa cõditiõne præuia; quando voluntas ex parte obiecti, hoc vel illo modo ab intellectu propositi, necessitatur ad volendum, vel nolendum aliquid; non autem quando aliunde, vel ex aliqua alia conditione quasi ab extrinseco necessitatur, cum enim voluntas sua natura moueatur ab intellectu obiectum proponente; modum etiã voluntatis, vt libera sit vel necessaria, consequi propositionem obiecti, eiusque modum. Sed & hæc responsio friuola est. Cum enim voluntas moueri possit, non solum ab obiecto, seu intellectu proponente obiectum; sed etiam à Deo, vt authores oppositæ sententiæ dicunt, debet non solum modus motiõnis ipsius obiecti, sed etiam ipsius Dei mouentis, ita cum natura voluntatis contemperatus esse, vt in actionibus liberis liberam huius determinationem non impediatur: quandoquidẽ ad hoc, vt voluntas libere non agat, satis est, si ex aliquo saltẽ capite intrinseco ad agendum prædeterminetur; etiam si ex parte obiecti, seu alterius capitis, libertas ipsius non impediatur. Et cum præmotio illa diuina, non minus, imò magis intrinseca sit voluntati, quam certã propositio intellectus ex parti obiecti, certẽ si hæc libertatem impedit, etiam illa impedit. Præterquam quod ex hæc responsione consequens esset, non posse, quidem Deum, etiam per absolutam potentiam, circa obiectum alioquin cum indifferentia propositum, ita necessitare voluntatem, vt ea absolutã necessitate operetur; quod nemo facile dixerit. Deniq; contra hæc responsionẽ aperte facit doctrina Augustini, l. 5. de ciu. c. 10 qui libertati aduersari docet, non solum necessitatem ab intrinseco, sed etiam necessitatem ab extrinseco; si quidem intrinsecum modum operandi causæ secundæ immutet, vt vidimus quæst. præced. dub. 8. sub finem.

26 Quarto obijciat aliquis, nos ipsos etiam antea quæst. præced. dub. vlt. docuisse, prolixeq; defendisse, prædeterminationẽ Dei extrinsecam, quantumuis tempore ac natura priorem libera determinatione nostra, libertatem tamen voluntatis in operãdo non impedire: Ergo nec prædeterminatio hæc physica, quantumuis voluntati intrinseca, eam impedit.

Respondeo negando consequentiam; est enim inter vtramque determinationem euidentis discrimẽ; non solum quod determinatio illa, quã superius defendimus, necessaria non est, ex parte causæ secundæ, nec vniuersim etiam ex parte Dei requisita ad agendum, vt ibidem diximus; sed etiam quia determinatio illa, hoc ipso, quod voluntati creatæ extrinseca est, eamq; per se nullo modo afficit; non potest inmutare vel impedire modum agendi connaturalem ipsius voluntatis creatæ, adeoq; nec vllam ei veram & intrinsecam necessitatem adferre, eiusue libertatem impedire; si quidem alias secundum præsentem circumstantias in-

agendo esset libera: at vero prædeterminatio, quã impugnamus, hoc ipso, quod voluntati intrinseca est, eamq; realiter ac physice afficit & determinat, cum tamen eiusdem voluntatis liberam determinationẽ natura antecedit, vt eius propugnatores docent; non potest non impedire intrinsecam facultatem ac indifferentiam, adeoq; libertatẽ eiusdem voluntatis ad vtrumlibet: ita quidem vt per eam ipsam prædeterminationem, voluntas ipsa sit physice ac intrinsece non min⁹ necessitata, quam determinata ad vnum illud, quod ex eius prædeterminationis impulsu agit: quod de prædeterminatione illa extrinseca, à nobis defensa, dici nequaquam potest.

27 Assertio IV. Tametsi prædeterminatio illa physica, in actionibus liberis causæ secundæ, plane reijcienda ac impossibilis sit, vt dictum; rectẽ tamen aliquo sensu admitti potest, causam secundam à prima causa, seu actione primæ causæ ad agendum moueri, determinari & applicari. Hæc assertio est ex mente Suarj cit. l. 1. c. 11. n. 4. & 14. & ponitur ad tuendum, siue explicandum modum illum loquendi S. Thomæ admodum vsitatum etiam in Summa, vt superius notauimus in relatione primæ sententiæ: licet Molina l. c. disp. 6. eum loquendi modum S. Thomæ absolute videatur reijcere. Probat tamen & explicatur. Tribus n. modis verẽ id intelligi potest. Primo de actione Dei non transeunte, sed immanente; siue de actione, vel poti⁹ actu ipsius diuinæ volitionis, qua Deus prius saltẽ tempore, quam vel ipse actione transeunte ageret, vel causã secundã ageret, statuit proportionatum suum concursum secundæ causæ exhibere; quæ actio cum re ipsa postea secum adferat etiã concursum actualem, tam ipsius Dei, quam causæ secundæ, quo ad agendũ ipsa determinatur, vt mox dicitur, rectẽ dici potest, actione Dei præuia (saltẽ secundũ durationem) determinari causam secundam ad agendum, non formaliter, sed efficiẽter. Quo sensu etiam Suarez cit. l. 1. de concur. c. 4. n. 7. concedit, aliquo sensu verẽ dici posse, actionem creaturæ esse effectũ diuinæ actionis, generatim vocando effectum, quicquid ab efficiente profuit: sic enim, inquit, etiam actio est effectus agentis.

28 Secundo intelligi id potest, de actione & concursu Dei transeunte; qui cum sit re ipsa vnus & idem est actione & concursu ipsius causæ secundæ, vt superius dictũ, rectẽ dici potest, ex ipsa actione diuina formaliter, non efficiẽter determinari causam secundam ad agendum; non minus quã suamet actione & determinatione, siue cõ cursu, causã secundã ad agendũ formaliter determinatur. Neq; n. determinatio illa aliud est, quam actualis influxus; neq; influxus aliud quã ipsa actio, vt rectẽ etiã notauit Molina cit. q. 14. a. 13. disp. 8. Priorẽ modũ applicationis, & motiõnis, siue determinationis indicat Suarez cit. c. 4. n. 7. posteriorem. c. 11. n. 4.

Quamquã ipsemet S. Thomas 1. p. q. 105. a. 5. dũ ait: Deũ mouere res ad operandũ, q. applicando formas & virtutes verũ ad operationẽ, sicut artifex applicat securum ad sciendum; satis indicat, per voculã Quasi hanc applicationem ad operandum esse minus proprie dictam; neq; sane aliud eo significatur, quã quod Deus & intimẽ conferuet vim operatiuam causã-

rum secundarum, & simul etiã seipso imediãtè concurrat ad primãuã quasi emanationẽ ipsius actionis ab ipsã causã secundã, non per influxum præuuium influxui causã secundã, vt superius dictum.

Tertio intelligi id potest de motione extrinseca & remota ipsius causã secundã: quatenus nimirũ Deus non solum dat & conseruat ipsum esse, vimq; operatiuam causã secundã; sed simul etiã omnes alias conditiones ad agendũ prærequisitas, vel applicationes, seu motiones etiam locales; quã ad illam actionem antecedunt, efficit, vt recte Suarez lib. 1. de concursu Dei cap. 15. num. 7.

29 Assertio V. Recte etiã dici potest, concursus, siue actio Dei velut causã vniuersalis, prior, concursu siue actione causã secundã; non secundum ordinẽ causalitatis aut naturã; sed tum secundum ordinem dignitatis; tum etiam quoad ordinem independentiã secundũ subsistendi consequentiã; tũ deniq; ppter rationẽ quasi formale in termino actionis spectatã. Ita ferè Caietanus cit. q. 19. a. 8. vbi ait: *illa propositio (causa prima prius naturaliter respicit effectũ, quã causa secũda) nõ esse intelligẽda, quasi sit aliqua duratio natura, in cuius primo instanti causa prima respiciat effectũ, & in secundo causa secunda: puerilis enim hic est sensus &c. sed est intelligenda, quo ad independentiã, & intimiãtẽ. Attingit enim prima causa effectũ secundã, & independentiã, & intimiã, quã secunda, vt patet in principio libri de causis. Et propterea dicitur respicere prius.* Idem docent Molina quæst. 14. art. 13. disp. 10. Suarez cit. l. 1. de concursu Dei. cap. 4. num. 8. Vasquez 1. p. d. 88. num. 16.

30 Probatur & declaratur. Prima, n. pars ex eo patet. Quia cũ reipã sit eadẽ actio Dei & creaturæ, nõ potest sibi ipsi esse causa, nec se ipsa à parte rei prior; nec adeo potest inter vtrũq; actionem, esse vnus aliquis & realis ordo naturã, siue causalitatis.

Ratio secundẽ partis est. Quia cõcurfus Dei hoc ipso, quia est vniuersalior magis; indepẽdens, dignior est & nobilior, quã concursus causã secundã: non quasi inter vtrũq; sit realis ordo dignitatis; & alius reipã sit concursus Dei, alius causã secundã: sed secundum rationem; quod vnus & idem concursus, quatenus à Deo est, nobilior sit, quam vt est à causã secundã.

Quo sensu etiã patet tertia pars. Quia secundũ ordinẽ independentiã, quoad subsistendi consequentiã, illud prius est altero, quod sine altero esse potest; cũ tamen alterũ sine eo esse non possit, quod in proposito accidit. Siquidẽ sine concursu & actione diuina, nullo modo potest esse vlla actio creaturæ, siue causã secundã; cũ tamen actio Dei generatim & secundũ se esse possit absq; omni actione siue cõcurfu causã secundã; etsi quidẽ in particulari ille idẽ numero concursus diuinus, pro vt hic & nũc exhibetur, quia vnus est reipã cũ actione creaturæ, esse nõ possit sine concursu & actione causã secundã: qua etiam ratione vtriusquẽ concursus à se inuicem pendet, vt recte etiam notauit Molina loco citato.

31 Ratio quartẽ partis est; quia secundum Aristotelẽ in postprẽdicamentis c. 2. de modis prioris, & l. 1. phys. c. 1. ratione quadã priora sunt vniuersalia, quã particularia: cum igitur causã vniuersalis, oisq; concursus pro ratione formali obiecti siue termini, habeat rationem cõmuniãtẽ entis; causã particularẽ certã

quandã solũ & determinatã rationẽ huius, vel illius entis, in obiecto seu termino respiciat (etiã si interim vtrãq; ratio entis à parte rei hic & nũc nihil differat) vt ex cõmuni, & certa docet S. Thomas 1. p. q. 44. a. 2. & fufius declarat Molina ibidẽ; hinc fit, vt cõcurfus siue actio etiã eadẽ, secundum re ipsã, quatenus Deũ respicit, prior sit ratione, quã sit eadem actio, pro vt causã secundã respicit. Quibus proinde modis cum actio causã vniuersalis prior sit ratione, quam actio causã secundã, maluit forte etiã S. Thomas dicere, actione primã causã determinari vel moueri causã secundã, quã actione causã secundã determinari actione causã primã. Præterquã quod causa prima etiã alijs modis, vero ordine causalitatis antecedit in causando: quatenus nimirũ dat & cõseruat esse causã secundã; ac simul omnes alias conditiones, vel applicationes, aut motiones, quã ad illam actionem antecedunt efficit, vt antea dictum.

32 Assertio VI. His tamen non obstantibus, recte nihilominus & vere dici potest, concursus Dei, velut causã vniuersalis, quasi modificari & determinari per concursus causã secundã ad speciem actus, ita loquitur Caietanus cit. quæst. 19. art. 8. vbi ait: *Quoniam stat, causã secundã necessario moueri à prima, & cum hoc, ipsum moueri (causã primã) modificari ex natura causã secundã.* Et infra. *Prima causa, inquit, non attingit effectũ secundã causa in seipsa, sed modificata cooperatiõne, seu iuxta modum ipsius causã secundã.* Idem docent Suarez l. 1. de concursu Dei c. 15. n. 5. Vasquez 1. par. disp. 43. n. 40. & Molina q. 14. a. 13. disp. 6. vbi rem ita declarat: *Deus namq; generali concursu influit, vt causa vniuersalis, influxu quodã indifferente ad varias actiones & effectus; determinatur, verò ad speciem actionum & effectuum, à particulari influxu causarũ secundarũ, qui pro diuersitate virtutis cuiusq; ad agendũ diuersus est: aut si causa libera sit, in ipsius potestate est, ita influere vt producat potius hæc actio, quam illa: pura velle, quam nolle &c. Non secus ac influxus solis, qui etiam vniuersalis est, determinatur ab influxu hominis, vt producat homo, & ab influxu equi vt oriatur equus.* Ita Molina.

33 Quod tamẽ nõ hoc modo intelligendũ est, quasi à parte rei prius existat cõcurfus Dei indeterminatus, qui per concursus causã superuenientem reipã determinetur & modificetur: aut quasi ratio specifica rei non sit etiam à Deo & influxu diuino; cum enim sit idem à parte rei concursus, eademque reipã actio causã primã & secundã, non potest vllus realis ordo inter eas intercedere; vt etiam superius dictum: sed quod cũ reipã quidem vtriusq; causã actio & concursus vnus & idem sit, & quidem reipã iam determinatus ad talem speciem, siue rationem actus; formaliter tamen hanc vel illam determinatã speciem aut rationem actus non habeat, prout est præcisè à Deo; Deus n. ex se paratus fuisset exhibere aliũ etiam reipã concursus, si causa secunda ad operandum aliter fuisset determinata: sed quod habeat actus speciem, pro vt est à causa secunda; per quã fit, vt concursus Dei, quem is ex se quasi indeterminatum afferebat, paratus nimirũ vniuersim, iuxta modum & conditionẽ, siue exigentiã causã secundã cõcurrere, reipã esset talis potius, quã alius cõcurfus, huius potius quam alterius rationis, non indiuiduã, (de hac enim non est hic quæstio, imò hanc putant nonnulli pen-

dere solum ab ipsa diuina determinatione, de quo non disputo) sed quasi specificæ, vt dictum.

34 Cæterum contra hanc doctrinam, præsertim duabus prioribus assertionibus explicatam, obijcitur primò authoritas Aristotelis lib. 8. physic. tex. 33. vbi docet; primum mouens mouere inferiora mouentia his verbis. *Praque igitur mouere dicimus, & primum, & vltimum mouentium; sed magis primum: illud enim mouet vltimum; sed hoc non primum: & sine primo quidem vltimum non mouebit; illud autem sine hoc: vt baculus non mouebit, nisi moueatur ab homine, &c.*

Respondetur, rectè dici inferiora mouentia moueri à primo, nec mouere nisi mota à primo; non quod physicè prædeterminentur ad motum; de hac enim re nullum vsquam verbum habet Aristoteles: sed tum quia Esse ac vim suam motiuam ex prima productione, & perpetua conseruatione accipiunt à primo mouente; tum quia mouere non possunt, nisi simultaneo concursu quasi adiuuentur à primo, non quia in se recipiant modum aliquem præuium, sed quia in ratione agentis constituentur in actu secundo, per simultaneam cooperationem causæ primæ, vt rectè Suarez lib. 1. de concurs. Dei. capite vndecimo, num. 10.

Secundo obijcitur authoritas S. Thomæ, qui in varijs locis eiusmodi prædeterminationem physicam statuere videtur, vt iam superius ante primam assertionem retulimus.

35 Respondetur, nullum locum ex citatis habere difficultatem, præter illum qui relatus est ex quæstio. 3. de potent. art. 7. Vbi quidem concedimus, S. Thomam videri posse eam tradidisse sententiam; sed quam tamen meritò existimamus, ab eo fuisse tacitè saltem & implicitè retractatam 1. p. quæst. 105. art. 5. & in 3. cont. gent. c. 70. quibus locis ex instituto explicans, qua ratione prima causa concurrat ad effectum, seu actionem causæ secundæ; tres solum modos commemorat, nimirum 1. quia dat formam & vim actiuam rebus. 2. quia conseruat illam. 3. quia quasi applicat illam; nimirum suo influxu simul cum causa secunda influendo in effectum; hunc enim influxum neque negare, neque tacere eo loco poterat: illam autem qualitatem seu motionem fluentem & transeuntem, seu intentionem primi agentis, quæ confertur causæ secundæ, dum à prima causa ad agendum mouetur, penitus tacet; quam tamen ijs locis tacere non posset, si veram agnosceret, vt pluribus persequitur Suarez citat. lib. 1. de concurs. cap. 11. à num. 4. Cætera verò loca S. Thomæ quomodo intelligenda sint, patet ex assertionem 4.

¶ Tertio obijcitur locus ille superius allegatus, ex Catechismo Romano; in quo dicitur, Deus intima virtute ad motum atque actionem sua impellere, vt secundarum causarum efficientiam præueniat.

36 Respondetur, hoc intelligendum de intima virtute conferente & conseruante vim actiuam ipsius causæ secundæ, per quam, mediante & accedente simul concursu ipsius causæ primæ ad effe-

ctum causæ secundæ, atque etiam dependentia actionis causæ secundæ à causa prima, impellit quodammodo causam secundam ad agendum, & simul eius efficientiam seu actionem præuenit: quæ explicatio probatur ex ratione subiuncta: *cum eius occultissima vis ad singula pertineat: ad quam nihil facit præmotio illa & prædeterminatio physica causæ secundæ impressa.* Fateor tamen eum modum loquendi minus esse proprium; imo nec vsurpandum, cum de actionibus malis & peccaminosis sermo est; ad quas SS. Patres & concilia expresse negant, hominem impelli, vt dictum, assert. 2.

Quarto obijciuntur quædam argumenta ex ratione petita; sed quæ iam in probatione primæ assertionis sunt refutata. Illud solum præterea notandum; quando causæ secundæ vocantur ab Aristotele, vel S. Thomæ, vel alijs, instrumenta Dei; aut certe cum instrumentis comparantur; id propriè non esse accipiendum: sed quadam analogia, eo quod causa vniuersalis sit principalius agens, quam causa secundæ; quodque omnis vis actiua causæ secundæ sit à prima, &c. Alias patet, etiam causas secundas esse verè & propriè agentia principalia, respectu suorum effectuum naturalium, ad quas vim sufficientem habent. Quare etiam S. Thomas 1. p. quæst. 105. art. 5. vtitur in ea comparatione vocula *Quasi*, dimiuentem, vt dictum assert. 4.

Addunt etiam ex nostra sententia secutorum, esse plura prima principia; tribuuntque hoc argumentum S. Thomæ in 2. d. 37. quæst. 1. art. 2. Sed hæc, & similia solum pro forma, & dicis causa, atque ad terrendos imperitos obijci videntur; quando manifestum est, & S. Thomam eo loco nec verbo quidem contra nostram sententiam differere; & rationem primi principij Deo vni integerrimam etiam à nobis relinqui; qui planè fatemur, non solum Esse ipsum substantiale, virtutemque actiuam causæ secundæ; sed ipsam quoque actionem eius à Deo intimè ac necessario dependere; non quidem per præmotionem illam causæ secundæ, quam frustra conungunt oppositæ sententiæ auctores; sed quod plus est, immediatè ac per seipsam, vt in probatione primæ assertionis dictum. Cætera leuiora sunt, quam vt referri mereantur.

D V B I V M II.

Sine potentia Dei operatiua ad extra, formaliter ipse intellectus & voluntas Dei; an potius perfectio quadam ab utroque distincta.

S. Thom. 1. p. q. 25. a. 4. & 5.

1 **S**tatus quæstionis est, an sicut intellectus & voluntas diuina ratione inter se differunt, duosque distincta attributa constituunt; ita etiam ab utri-

que

que distinguatur diuina potentia, qua Deus operatur ad extra. Duæ sunt hac de re Doctorum sententiæ. Prima asserit, potentiam Dei immediate operatiuam ad extra, de qua hic disputamus, esse ipsum intellectum & voluntatem Dei; ita vt potentia hæc intrinsecè & quidditatiuè includat scientiam, aut potius voluntatem, vel vtrumque simul (in hoc enim variant;) addendo tamen respectum & rationem principij, nec ea inter se aliter differant, etiam extra nostrum intelligendi modum, quam vt includens & inclusum. Ita Scotus in prim. dist. trigesima septima, quæstione prima. Bassolis in secund. d. 8. quæst. 1. Ferrariensis libro secundo cont. gent. capite decimo. Caietanus hic quæstione vigesima quinta, articulo primo. Canariensis quæstione 27. articulo 1. disput. 4. par. 2. quos sequitur Gregorius de Valentia quæst. 25. punct. 1. & Vasquez 1. p. t. 1. disp. 102. cap. 3. Fauet etiam nonnihil S. Thomas vt dicemus. Neque tamen negant, aut negare possunt hi auctores, alio respectu intellectum & voluntatem latius etiam patere, quam potentiam; quandoquidem Deus intelligit quædam, & vult, quæ facere actione transeunte nullo modo potest, vt est diuinitas ipsa, relationesque, ac personæ diuinæ; vt de peccatis taceam.

Ratio est. Primo, quia existimant, etiam in Angelo, & anima rationali separata, iuxta Aristotelem libro tertio de anima text. 10. potentiam locomotiuiam non differre ab intellectu & voluntate; etsi quidem potentia locomotiua corporea, vt in homine, & animali quouis cernitur, tam ab intellectu, quam à volutate seu appetitu differat. Secundo. Quia potentia executiua nunquam ab appetitu distincta ponitur, nisi ea ratione, vt pareat, & ad nutum illius operetur: quod in Deo locum habere non potest: imo nec in Angelo; in quibus nulla talis est cõpositio. Tertio. Quia in Deo non sunt, etiam ratione nostra, multiplicanda & distinguenda plura attributa, quando ea ratione derogatur perfectioni & efficacitati infinitæ ipsius Dei: constituere autem potentiam exequentem, distinctam ab intellectu & volutate, derogat perfectioni voluntatis diuinæ: inde enim sequitur, voluntatem concipi à nobis sine virtute perfecta & infinita; cum alia facultas ad exequendum ei tribuatur, sicut in nobis accidit. Addi potest quarto; absurdum videri, in Deo constituere potentiam, quæ non sit rationalis, vt in opposita sententia videretur accidere. His accedunt quinto nonnulla Scripturæ, & SS. Patrum testimonia: vt quando dicitur Ephes. 1. *operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.* Psalmo 121. *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit.* Psalmo 148. *ipse dixit & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt.* Et S. Leo serm. secundo de Natiuitate, ait. *Deus, cuius natura bonitas, cuius voluntas potentia.* Et S. Augustinus libro Meditat. capite 29. inquit: *Cuius voluntas opus, cuius velle posse est.*

Nihilominus opposita sententia multo videtur probabilior; videlicet potentiam, siue Omnipotentiam in Deo, esse peculiare attributum, ratione tam ab intellectu & voluntate, quam à cæteris

omnibus attributis, distinctum: ita vt formaliter & in recto intellectum & voluntatem Dei, nec adæquate, nec inadæquate, secundum nostrum concipiendi modum, includat: sed intellectus diuinus in operando ad extra sit solum dirigens; voluntas mouens & applicans; potentia hæc immediate exequens. Ita docet Durandus in prima d. trigesima octaua, quæstion. prima. Suarez metaph. disputatione trigesima, sectione decima septima, & in 1. p. libro tertio de attributis capite nono numero secundo, & probabile censet Caietanus hic citat. quæstion. 25. articulo primo. nec dissentit Ferrariensis loc. cit. &c. Eadem plane est sententia S. Thomæ; non solum quia de potentia Dei velut attributo à cæteris distincto tractat hoc loco; sed quia etiam discretis verbis satis seipsum explicat, vt cunque alias de hac re ambiguit locutus videatur. Siquidem hic quæst. 25. art. 1. ad 4. ait. *Potentia non ponitur in Deo, vt aliquid differens à scientia, & à voluntate secundum rem; sed solum secundum rationem; in quantum scilicet potentia importat rationem principij exequentis id, quod voluntas imperat, & ad quod scientia dirigit. Quæ tria in Deo secundum idem conueniunt.* Vbi aperte docet, intellectum solum esse causam rerum dirigendo; voluntatem imperando; potentiam vero immediate exequendo.

Et quamuis S. Thomas ibidem mox, quasi corrigens quod dixerat, subiungat; *vel dicendum, quod ipsa scientia & voluntas diuina, secundum quod est principium effectiuum, habet rationem potentie;* id tamen enervat prius dictum; quia cum ibidem, iisdem illis verbis mox ista subiiciantur: *Vnde consideratio scientie & voluntatis præcedit in Deo considerationem potentie; sicut causa præcedit operationem & effectum;* quæ cum secunda illa solutione non cohærent, sed potius cum prima; merito creditur, quod dicit Ferrariensis lib. 2. contragentes cap. 1. ad 4. priorem solutionem esse ex mente S. Thomæ, ac posteriorem in vetustis codicibus non reperiri.

Accedit quod idem S. Thomas hic art. 5. ad 1. rursum priorem sententiam alruit cum ait: *Potentia intelligitur vt exequens, voluntas vt imperans, & sapientia vt dirigens.* Item: *Ideo Deus aliquid facit, quia vult: non tamen ideo potest, quia vult, vel quia talis est in sua natura.* Quod si potentia formaliter esset ipsa voluntas, non posset absolute dicere, DEVM non ideo posse, quia vult. Denique quæstione quinta de verit. articulo primo. *providentia in Deo,* inquit, *includit scientiam & voluntatem, &c. Potentia autem executiua est providentia. Vnde actus potentie præsupponit actum providentia, sicut dirigentis; unde in providentia non includitur potentia, sicut voluntas, &c.* Hactenus S. Thomas.

Probatur hæc sententia. Primo quia attributa diuina, quæ formaliter in Deo existunt, distinguuntur secundum proportionem ad res creatas; in quibus potentia executiua plane differt re, aut ratione ratiocinata (secundum communem scilicet modum, quo intellectus & voluntas inter se distinguuntur.) ab intellectu &

voluntate; quod merito etiam de Angelis, & anima separata docent auctores citati pro hac sententia. Secundo. Quia conceptus potentia non minus distinctus est à conceptu scientia, & voluntatis, quam harum inter se; aliud enim est intelligere, aliud velle (seu posse intelligere, & velle) aliud posse operari ad extra. Tertio. Potentia siue Omnipotentia Dei est vnum quoddam attributum diuinum; non ergo constituitur ex duobus attributis.

Quarto. Tam actus, quàm obiecta trium istorum sunt planè diuersa. Scientia enim, & voluntatis actus proprii & immediati sunt actus immanentes; potentia vero, actus solum transeuntes. Item diuinae scientia ac voluntatis obiectum tam est ens increatum, quam creatum; imo potius increatum quam creatum, vt patet ex q. 9. & 10. potentia vero obiectum adæquatum est ens creatum tantum. Quare etiam multa intelligit & vult Deus, quæ tamen efficere non potest, vt superius dictum.

Quinto. Quando dicitur, potentiam esse ipsum intellectum & voluntatem diuinam, aut per intellectum & voluntatem intelligitur vis ipsa, seu potentia intelligendi, quasi in actu primo, aut actualis scientia & volitio Dei: non primò; quia potentia est immediatum principium operandi ad extra, qualis non est intellectus & voluntas quasi in actu primo; immediatius enim, etiam per modum principij, concurrunt actualis scientia & volitio Dei: quandoquidem & hæc non se habent per modum actionis respectu effectus externi, sed per modum principij, vt patet. Neque secundum dici potest. Quia potentia in Deo est necessaria; actus autem plerique scientia & voluntatis, præsertim qui maximè operatiui dicuntur ad extra, sunt liberi. Ergo, &c.

6 Ad primum respondetur, etiam in Angelo, & anima separata, potentiam locomotiuam, seu operatiuam ad extra, differre ab intellectu & voluntate. Neque contrarium docet Aristoteles loc. cit. sed solum; intellectum etiam & voluntatem esse principia mouentia, sed mediata; hanc nimirum per modum impellentis, seu inclinantis & applicantis; illum per modum dirigentis, vt dictum.

Ad secundum respondetur, imperare & subijci, esse conditiones solum materiales potentiarum, quæ supponunt realem distinctionem inter illas; qualis in Deo locum non habet; quamuis nihilominus ei conueniat ratio formalis & abstracta eiusmodi potentiarum. Ad hoc enim satis est, quod ratione nostra in Deo executiua potentia subordinetur & sequatur intellectum & voluntatem; sicut etiam intellectum sequitur voluntas.

Ad tertium Respondetur; nihil ideo derogari infinitæ perfectioni & efficacitati intellectus & voluntatis diuina; quia vel hæc spectantur, vt sunt à parte rei vna simplicissima entitas; & sic nulla est interea distinctio. Aut considerantur abstractè, & secundum imperfectum nostrum modum concipiendi; & sic quamuis vnum non includat formaliter alterum, nihilominus tamen

singula sunt infinita, infinitamque efficacitatem habent in suo genere; nimirum intellectus in intelligendo & dirigendo; voluntas in appetendo & quasi applicando; potentia in exequendo.

Ad quartum Respondetur; potentiam hanc etiam si ratione distinguatur ab intellectu & voluntate, nihilominus rationalem esse, & dici debere, non quidem intrinsece, sed quasi extrinsece ratione, qua etiam voluntas, rationalis potentia dicitur; quia ex sua natura rationis ductui subordinatur, & ad perfectionem naturæ intellectualis pertinet; etiam si per se intrinsece non magis intelligens sit, quam potentia, de qua agimus.

Ad quintum Respondet, & fatetur ipsemet, Vasquez loc. cit. num. 9. adducta testimonia ad propositum nihil facere. Ea enim probant solum, omnium rerum productionem pendere ex nutu Dei; at non esse potentiam exequentem in Deo à voluntate distinctam, minimè probant. Nam etiam de homine quolibet rectè dicimus, ambulat quando vult, quo vult, & vbi vult; imo etiam in ijs rebus, quæ subsunt voluntatis arbitrio, sæpe dicimus, hominis posse, esse eius velle; neque tamen interim negare volumus, potentiam ambulandi, vel operandi ad extra, esse à voluntate distinctam.

DVBIVM III.

An potentia diuina sit infinita, ac vera Omnipotentia; & quodnam in genere sit eius proprium, & adæquatum obiectum.

S. Thom. p. 1. q. 25. a. 2. 3. 4.

A Gemus prius de obiecto; deinde de ratione ipsius intrinsece; vt pote cuius explicatio ab obiecti notitia dependet.

Affertio I. Obiectum proprium & adæquatum diuinæ potentia, est Ens possibile late sumptum, prout scilicet & Ens, & non Ens possibile, includit. Ita colligitur ex varijs locis S. Thomæ, qui de hac re alioqui varie locutus est. Etenim in 2. cont. gent. cap. 22. ratione 2. ait. *Omnipotentiam Dei referri ad omnia, quæ rationi entis non repugnant*: Ex quo colligit, non ens non esse obiectum omnipotentia; quia opponitur rationi entis. At vero in 1. dist. 42. quæst. 2. art. 2. & de potent. quæst. 1. a. 3. docet, omne illud, quod potest habere rationem entis vel non entis, esse obiectum diuinæ omnipotentia; & solum esse extra illam, quod implicat contradictionem, nimirum simul esse, & non esse.

Eodem modo hic q. 25. a. 3. docet, omnia possible contineri sub obiecto diuinæ potentia; & infra ait: *Quidquid potest habere rationem entis, continetur sub possible absolutis, respectu quorum Deus dicitur omnipotens*. Excipit vero solum illud non ens, quod implicat in se esse & non esse simul. Et mox concludit his ver-

bis: Quæcunque igitur contradictionem non implicant, sub illis possibilibus continentur, respectu quorum Deus dicitur Omnipotens. Ea vero, quæ contradictionem implicant, sub diuina omnipotentia non continentur; quia non possunt habere possibilium rationem. *Ex de conuentibus dicitur, quod ea non possunt fieri, quam quod Deus ea non possit facere.* Ita S. Thomas. Eadem ratione etiam Caietanus hic q. 25. art. 3. Suarez 1. p. lib. 3. de attrib. c. 9. Valquez d. 104. cap. 5. docent, potentiam Dei versari circa ens, & non ens; etsi diuerso modo.

Quæ ut probè intelligantur, notandum est primo, non entia variè dici posse; primo quæ nec sunt, nec villo modo esse possunt, quæq; adeo implicant contradictionem, vt sunt chimæra, hircoceruus, homo irrationalis, aliaque eiusmodi entia merè fictitia: alia subiectiue quidem à parte rei non sunt, habent tamen esse obiectiuum in intellectu, cum fundamento in re; vt sunt entia rationis; quæ proinde ab intellectu fieri dicuntur: alia verò tamen si actû non sint, possunt tamen esse per veram existentiam realem; vt rosa in hyeme; alia denique licet existentiam positiuam realem non habeant, nec habere possunt, habent tamen suo modo à parte rei existentiam quasi negatiuam: quales sunt tum negationes Entium; tum etiam priuationes, vt sunt tenebræ, cæcitas, &c.

3 Notandum secundò, obiectum potentia, seu facultatis operatiuæ ad extra, dupliciter dici posse; primo ita late, vt comprehendat etiam illud, quod per modum quasi subiecti præsuppositi, seu materia, in qua vel circa quam, etiam destruendam, potentia ipsa operatur, aut operari potest; quomodo obiectum fabrilis artis dici potest ferrum, aut lignum; obiectum medicinae corpus sanabile; vel etiam morbi ipsi per medicinam pellendi; sicut & obiectum penitentia sunt peccata destruenda. Secundo obiectum potentia dicitur strictè, quod sit, aut fieri potest per ipsam potentiam; quomodo obiectum fabrilis artis dicitur figura artificialis in ferrum aut lignum inducenda.

Hoc vero obiectum potentia effectiua rursus duplex est: primum, quod per eam directè, ac positiuo influxu efficitur: alterum, quod per eam solû fit indirectè, siue cõsequenter, vel quasi negatiue, hoc est, per subtractionem aut denegationem influxû eiusdè.

4 His positis, licet Theologi, quando de obiecto diuinæ potentia loquuntur, non satis distinguant, an de obiecto eius loquantur ita late, vt comprehendat etiam id, circa quod saltem destruendum, potentia diuina versari potest, tamen si facere illud nullo modo possit; an de eo solum loquantur, quod ab ipsa potentia aliquo modo sit, & fieri potest; quin & ipse Thomæ hic quæst. 25. art. 3. 4. 5. 6. vbi de hac re agit, obiecti voce nusquam vtratur; sed solum inquirat, quid nam Deus facere possit, aut non possit, possumus tamen ex dictis ita declarare.

Primo enim ad obiectum diuinæ potentia nullo modo pertinēt entia merè fictitia, vt chimæra, homo irrationalis, vt sentit S. Thomas loc. cit. & consentiunt omnes Theologi, Ratio est manifesta. Quia hæc hoc ipso, quod nullo modo esse possunt, non possunt etiam nec fieri nec destrui à Deo; nec subijci ulli actioni diuinæ transeunt, vt patet.

Secundò obiectum, per modum termini effecti-

bilis propria, directæ, & positiuæ actione diuina, sunt omnia, & sola entia positiuæ realia possibilis, pro vt abstrahunt ab actuali existentia, eiusue negatione; sola enim, & omnia ista fieri (seu prima productione, seu influxu conseruatiuo) à Deo possunt, per positiuum, & realem influxum diuinæ potentia: Vbi proinde etiam ratio possibilis non dicitur rationem termini producibilem, (res enim ante omnem productionem est possibilis) sed conditionem præsuppositam ex parte termini: nisi enim possibilis esset, nec à Deo quidem fieri posset.

5 Tertiò, obiectum diuinæ potentia, per modum termini indirectè, & per accidens effectibilis, sunt non entia trium posteriorum generum, etiam quatenus non entia sunt; non tamen eodem modo. Entia enim rationis neq; per positiuum influxum, neq; per subtractionem talis influxû à Deo ipso immediatè ac propriè villo modo efficiuntur; quando quidem Deus per se non facit entia rationis; licet ea cognoscat, vt dictum quæst. 8. dub. 8. possunt tamen dici pertinere ad obiectum diuinæ potentia, quasi mediatè; quatenus Deus concurrat ad omnem intellectiõnem creatâ hominis, per quam ea entia naturaliter fiunt.

Non entia verò, quæ sunt merè negationes entium, vt non homo, non rosa, &c. sunt quidem obiectum diuinæ potentia, per modum termini immediatè effectibilis, negatione, seu subtractione diuini influxus, non tamen omnia; sed propriè illa tantum, quæ opponuntur entibus aut iam habentibus actualem existentiam; aut secundum dispositionem causarum naturalium habituris, nisi Deus ista potentia obstarer. Verbi gratia, rectè dicimus, potentia ac virtutis diuinæ est, facere vt homo non sit, qui iam est, aut futurus esset, secundum naturalium causarum dispositionem: at vero propriè non dicimus diuinæ potentia esse, vt infiniti illi homines qui non sunt, nec ex dispositione causarum naturalium futuri essent, iam non sunt. Item rectè diuinæ potentia tribuimus in vere, aut æstate, rosam, aut flores non esse; sed in hyeme rosam non esse, nõ propriè tribuimus diuinæ potentia. Est ratio est: quia res creatæ ex se ipsis habent non esse, & sunt non entia, seu nihil actu; ac proinde nisi vel præsupponatur earum esse, vel certè ordo, & cursus naturæ secum ferat earum existentiam, non propriè diuinæ potentia tribuitur eorum non esse; etsi quidem id rectè tribuitur diuinæ voluntati; vt rectè etiã notauit Suarez. 1. p. lib. 3. de attrib. c. 9. n. 16. licet quidã aliter loquatur.

6 Quartò non entia, quatenus significant priuationes propriè dictas, (exceptis peccatis,) rectè etiam numerantur inter obiecta diuinæ potentia, per modum termini effectibilis, non directæ, propria, & positiuæ actione, sed per accidens & indirectè, ac per subtractionem diuini concursus (vt tam de hoc, quam præcedenti non entium genere declarat S. Thomas 1. sent. & de potent. loc. cit.) supposito tamen simul concursu diuino, producente seu conseruante subiectum, in quo sunt. Sicut enim ipsa formaliter sunt non entia, ita propriam ac positiuam Dei actionem non requirunt: quia tamen sunt negationes in subiecto, adeoque requirunt subiectum, idcirco etiam concursum Dei positiuum, & realem requirunt, quo fiat, aut conseruetur subiectum. Excipio peccata; quia hæc à DEO fieri

nullo modo possunt, vt docet S. Thomas hic quæst. 25. art. 3. ad 2. & consentiunt omnes Theologi, & ex instituto docetur in 2. 2.

Quintò tamen, si per obiectum diuinæ potentia non solum intelligatur, terminus operabilis, sed etiam materia per eam destruibilis, vt dictum, tunc negari etiam non potest, peccatum pertinere aliquo modo ad obiectum diuinæ potentia, vt de morbis respectu medicæ artis diximus: similique etiam ratione iam superius diximus, peccata subijci diuinæ prouidentia. At vero quia modus ille loquendi parum vñtatus est, & si absolute proferatur, ad obiectum à potentia operabile referri videtur, non est absolute dicendum, peccata esse obiectum diuinæ potentia, sed solum cum explicatione, & limitatione addita, vt dictum. Ex quibus etiam patet assertio.

7 **Assertio II.** Ens possibile, prout est obiectum diuinæ potentia, non dicitur possibile ab ipsa Omnipotentia Dei; neque à cognitione Dei eam possibilitatem cognoscente; neque etiam à simili cognitione nostra: sed dicitur tale, quia in se ipso non implicat contradictionem: sicut è contrario ens impossibile, quod implicat contradictionem. Ita docent S. Thomas hic quæst. 25. a. 3. Caietanus, & omnes Thomistæ ibidè, Gandauensis quodlib. 6. q. 3. Gregorius de Valent. q. 25. punc. 3. Valquez cit. disp. 10. 4. c. 5. nec dissentit Suarez cit. p. 1. cap. 9. à num. 12.

Probat, & declaratur assertio. Prima enim pars, est contra Gabrielem in 1. d. 43. quæst. 2. vbi dicit; Ens possibile, vt est obiectum Omnipotentia, dici tale ab ipsamet omnipotentia, quia per ipsam esse potest. Sed hanc sententiam bene refellit S. Thomas hic art. 3. quia tali explicatione committitur vitiosus circulus: declaratur enim potentia per obiectum, & hoc per potentiam, vt in simili ex Aristotele 5. Metaph. cap. 15. pluribus dictum est disput. 1. quæst. 3. dub. 3. Et quia ratio possibilis, vt dictum, non dicit rationem operabilem ex parte obiecti, sed potius conditionem quasi præsuppositam, ideo aliunde suam denominationem habet, quam ab ipsa potentia.

8 **Secunda pars, est contra Scotum in 1. d. 43. q. vn.** vbi docet, Ens possibile, vt est obiectum omnipotentia, dici tale, ab intellectu diuino cognoscente, illudque sub esse quodam diminuto producente, iuxta dicta quæst. 8. dub. 4. sed non probatur; tum ob dicta ibidem. Tum quia cum Deus cognoscat res vt sunt, adeoq; etiã res tales quia tales sunt; prius est rem esse possibilem, quam vt talem cognosci.

Tertia pars ponitur propter Dominicum Sotum lib. 3. physic. quæst. 4. vbi dicit; illud etiam à Deo fieri non posse, quod statim ac propositum est, intellectus noster respuit; etiam si non implicet contradictionem. Quod merito refellit Gregorius de Valentia loc. cit. Tum quia prius est, rem esse possibilem, vel impossibilem, quam vt talem à nobis cognosci, vt dictum. Tum quia potentia Dei longè exuperat nostram intelligentiam; vt patet in mysterijs Trinitatis, & Incarnationis; vt proinde, illa modulo nostræ intelligentia non sit circumscribenda. Tum quia planè falsum est, aliquid à Deo fieri non posse, quia à nobis concipi non potest, etiam si contradictionem non implicet: hac enim ratione potentia Dei non esset Omnipotentia, vt dicitur.

9 **Quarta pars partim colligitur ex dictis, ac refutatione aliarum explicationum:** partim optimè declaratur à S. Thoma cit. art. 3. ex Aristotele 5. Metaph. t. 17. Duobus enim modis aliquid dici potest possibile; primo solum respectum, & per comparationem ad certam potentiam actiuam; quo modo aliquid homini dicitur possibile, quod bruto non est possibile; secundò absolute & in se. Prior ratio possibilis, non est ad propositum: quia vel fit comparatio ad potentiam creatam; & hoc impertinens est; nam potentia Dei non circumscribitur terminis potentia creatæ: vel fit comparatio ad ipsam increatam Dei potentiam; & tunc committitur circulus, vt dictum. Accipienda est ergo secunda ratio possibilis. At verò absolute & in se possibile, vel impossibile aliquid non est alia ratione, nisi ex ipsa habitudine terminorum; possibile quidem, si prædicatum non repugnet subiecto; impossibile verò, si prædicatum repugnet subiecto: seu quod idem est, si quid vel non implicet, vel implicet in suis terminis, seu in sua ratione, contradictionem. Quo sensu etiã prius secundum rationem est, aliquid esse possibile, quam à Deo posse fieri; quandoquidem, obiectum ratione prius est potentia, quæ ad obiectum terminatur.

Obijci potest, Ipsemet S. Thomas ibidem, vt dictum assert. præced. docet, Deum facere non posse peccatum; & tamen peccatum vtique est aliquid Ens possibile, latè loquendo de Ente, vt dictum: alio, qui nec ab homine fieri posset: Ergo quando S. Thomas docet, Deum facere posse omne Ens possibile, ratio intelligatur, quod recte, & sine imperfectione, per respectum ad ipsam increatam Dei potentiam.

10 **Ad hoc duobus modis responderi potest;** primò vt possibili à Deo factibili addatur exceptio solius peccati; quo modo locutus videtur S. Thomas cit. art. 3. qui cum antea in corpore absolute docuisset, omne Ens possibile à Deo fieri posse, in responsione ad 2. excipit peccatum. Secundo, vt per Ens possibile intelligatur, quod recte, & sine imperfectione, siue defectu operantis fieri potest. Quod colligi potest ex eadem resp. ad 2. vbi ait, *Peccare est deficere à perfecta actione; unde posse peccare, est posse deficere in agendo; quod repugnat omnipotentia. Et propter hoc Deus peccare non potest, quia est omnipotens;* quasi dicat, peccatum non comprehendit sub ratione possibilis, quod Deus facere potest; quia non potest fieri sine defectu operantis; qualem Omnipotentia Dei prorsus excludit. Et vt rous modo res explicetur, neganda est argumenti consequentia, supposita distinctione antecedentis.

Assertio III. Deus tamen non potest peccare: nec facere, vt quæ præterita sunt, non fuerint; nec adeò etiam vt mulier corrupta, non fuerit corrupta. Ita S. Thomas art. 3. ad 2. & art. 4. in corp. & ad 3. Cui cæteri Doctores consentiunt, speciatim Bonauentura in 1. d. 42. q. 3. Capreolus quæst. 1. art. 3. Ferrariensis 2. cont. gentes. cap. 25. Caietanus, & omnes Thomistæ hic quæst. 25. art. 3. & 4. & prima pars patet ex dictis; vbi simul etiam explicauimus, qua ratione hoc cum priore doctrina S. Thomæ conciliari possit.

Secundam & tertiam partem tradit Aristoteles 6. Eth. c. 2. vbi comprobatur hoc ex Agathone versu.

*Elocetiam ipse Deus, soloque carere videtur;
In factum ut faciat, quod factum est, arg. per adu.*

Item S. Hieronymus eodem sensu epist. 22. ad Eustochium. *Audenter loquar, inquit; cum omnia possit Deus, suscitare Virginem non potest post ruina.* Nimirum quia licet Deus omnem intrinsecam & permanentem corruptionem mentis & corporis auferre à muliere corrupta possit, restitutâ & mentis sanctimonia, & corporis integritate, ut docet S. Thomas cit. art. 4. ad 3. facere tamen non potest, ut postquam semeluit corrupta, non fuerit corrupta. Quare etiam amissam semel puritatem propriâ & formaliter restituere non potest, ut communiter loquuntur etiam Theologi. Idem docet etiam S. Augustinus. lib. 26. cont. Faustum cap. 5. ubi ait: *Quisquis dicit, si Omnipotens est Deus, faciat, ut que facta sunt, facta non fuerint; non videt hoc se dicere, faciat, ut que vera sunt eis quo vera sunt, falsa sint.* Idem habet Anselmus in prologo. cap. 7. & de concord. lib. arbit. & prædest. cap. 1. Et ratio est manifestâ: quia implicat contradictionem in terminis, ut quæ sunt præterita, non sint præterita.

Neque huic doctrinæ re ipsa aduersantur Antisiodorensis lib. 1. sum. cap. 11. quæst. 6. Alensis 1. p. quæst. 21. mem. 5 a. 4. Ariminensis 1. d. 42. quæst. 1. a. 2. & Corduba lib. 1. q. 55. dub. ultimo, qui docent, esse nunc in Deo potentiam ad præteritum, ut non fuerit. Loquuntur enim isti in sensu diuiso; nimirum quia Deus retinet eandem potentiam, quæ ob initio facere potuit, ut res hæc, quæ modo est præterita, non fuerit; non autem, quia in sensu composito facere potest, ut res, quæ est præterita, simul etiam non sit præterita, seu non fuerit. Quo sensu etiam Augustinus, & Anselmus loc. cit. dixerunt, *tam impossibile esse, futurum non fore, quam præteritum non fuisse*: nimirum si supponamus, aliquid esse futurum; tunc non potest non esse futurum: cum tam interim simpliciter & in sensu diuiso, sicut possibile est, eum qui contingenter sedet, non sedere; & eum qui contingenter sedit, non esse seditum; ita etiam non sedit eum, qui contingenter sedit.

Solum hæc est inter præteritum, & futurum, ac præsens, differentia; quia cum est sermo de re præterita, subintelligitur facta iam hypothesis sensus compositi, nisi aliud explicetur; & quia hypothesis ipsa non est amplius mutabilis; eum ex præterito non possit fieri non præteritum, idè rectè absolute, & sine vlla explicatione dicitur, non esse possibile, ut præteritum non fuerit. At verò quando de præsentem, aut futuro sermo est, non supponitur facta aliqua hypothesis immutabilis, quæ importet necessario sensum compositum; hoc ipso, quod res illa quæ modo est præsens, & existens, fieri potest non præsens. Eodemque modo in futuris contingentibus, quia certum nobis non est, quid futurum sit determinatè, idcirco quando de rebus eiusmodi absolute loquimur, non solemus supponere certam & determinatam earum futurationem, sed de rebus ipsis loquimur absolute ac in sensu diuiso; in quo proinde etiam rectè absolute dicimus, fieri posse, ut res eiusmodi æque sit non futura, quæ futura. Quam doctrinam bene etiam indicauit Anselmus citato. loc. de concord. & clarius exposuit Gregorius de Valentia quæst. 25. punct. 3.

Atque hoc modo concilianda est apprens illa contradictio, quæ est inter Auctores paulo antea citatos, & illos, quos pro assertionem nostram citauimus; quorum illi dicunt, esse in Deo potentiam ad præteritum; isti verò negant: illi enim loquuntur de præterito in sensu diuiso, modo explicato; isti de præterito in sensu composito, ut rectè Gregorius de Valentia loco citato, & Valquez disputatione 105. capite 2.

Eodem modo ac sensu concilianda est alia quædam apprens contradictio, quæ est inter Doctores, quorum aliqui dicunt, Deum nunc posse, quæcumque potuit; in quibus Magister in 1. d. 44. & alij contra præcedentem assertionem obiecti; alij verò docent, licet potentia Dei in se non mutetur, & verò etiam rectè simpliciter dicatur, Deum habere quæcumque potentiam, quam habuit; tamen non posse Deum nunc facere, quicquid antea potuit; ac proinde non habere nunc potentiam cuiuscunque rei, cuius antea habuit; quia potuit suscitare Christum, & modo non potest, &c. ut loquuntur Alensis 1. p. q. 21. memb. 4. Bonauentura in 1. d. 49. q. 2. q. 1. & Durandus in 1. d. 44. q. 4. Illi enim auctores loquuntur de re absolute ac secundum se, siue etiam per comparisonem ad tempus illud, in quo, seu respectu cuius illa possibilis aliquando fuit; isti verò loquuntur de re, quatenus iam est præterita, & per respectum ad præsens tempus, cuius comparisonem ex suppositione facta, possibilis nunquam fuit.

Interim certum est, Diuinam potentiam in se intrinsecè plane immutatam consistere; quandoquidem dum dicitur Deus aliquid posse & non posse pro diuerso tempore, non fit comparatio ad vnum & idem prorsus obiectum, eodemque modo spectatum; sed relatum ad diuersa tempora: & sicut rem illam pro hoc tempore facere non posse verè dicitur, ita etiam nunquam eam pro hoc tempore, suppositis omnibus circumstantijs, quæ re ipsa nunc euenire, facere potuit; & sicut è contrario rem illam pro tempore præterito facere aliquando potuit, ita etiam potentiam eandem intrinsecam, qua illud pro illo tempore poterat, retinet. In modo tamen loquendi, non solum falsitas dicti, sed etiam scandalum vitandum, ne incautis locutionibus, dum aliquid Deus facere non posse dicitur, apud imperitos & infirmos scandalum procreetur; qua in re optima est etiam illa S. Thomæ moderatio, ut de rebus eiusmodi potius dicamus esse impossibiles, adeoque nec à Deo quidè factibiles; quam ut dicamus, Deum hoc vel illud facere non posse &c. Plura disput. 3. quæst. 6. dub. 1.

Assertio IV. Potentia Dei est vera Omnipotentia. Ita S. Thomas hic quæst. 25. art. 3. & consentiunt omnes Doctores: estque de fide ex scriptura, quæ sæpè Deo Omnipotentiam tribuit Genes. 17. v. 1. *Ego Dominus Omnipotens.* Genes. 35. v. 11. *Ego Deus Omnipotens.* Sap. 8. v. 15. *Omnipotens sermo tuus Domine de celo à regalibus sedibus venit.* 2. Cor. 6. v. 18. *Dicit Dominus Omnipotens.* Apoc. 19. v. 6. *Dominus Deus noster Omnipotens;* & alibi passim. Huc spectat illud Luc. 1. v. 37. *Non erit impossibile apud Deum omne Verbum;* hoc est, quicquid mente tanquam Ens possibile cogitari potest. Ratio sumitur ex dictis

assert. 1. & 2. Quia illa potentia est Omnipotentia, quæ omne Ens, absque defectu operantis, ad extra possibile latè sumptum, facere potest; diuina potentia hoc potest, ex dictis. Ego &c.

Dixi absque defectu operantis, propter peccatum; neque enim ad Omnipotentiam spectat, ut possit deficere in operando; hæc enim nulla perfectio, sed imperfectio operantis est: verum potius ut non possit deficere. Dixi secundò, ad extra, Quia potentia diuina, de qua hic sermo est, solum est potentia operatiua ad extra, non ad intra; ac proinde ad eam non spectat productio diuinarum personarum, de qua in materia de Trinitate disp. 4. agendum est.

Assertio V. Potentia Dei quoque in suo genere est simpliciter infinita, tum extensiuè tum quodammodo intensiuè. Infinitam esse, absolute docet S. Thomas hic quæst. 25. artic. 2. & consentiunt omnes Theologi. Nec de infinitate extensiuâ controversa est: intensiuam in terminis asseruerunt Scotus Durandus, Suarez, Vasquez infra, neque difficitur alij.

Probatur assertio primò absolute. Quia potentia, seu vis operatiua ad extra sequitur esse rei, eique eommesuratur; vnumquodque enim agit, in quantum est actu: Ergo cum esse Dei sit infinitum, ut dictum quæst. 2. etiam potentia eius infinita sit, necesse est. Atque hæc est ratio S. Thomæ.

16 Secundò, esse infinitam ex parte obiecti, patet ex dictis: quia nullo termino ex parte obiecti, sine defectu operabilis seu possibilis, limitatur. Sed potest operari & efficere omne Ens possibile modo explicato. Accedit, quod Deus potest ex nihilo rem producere: quod esse potentia infinita ostendit. S. Thomas infra quæst. 45. artic. 5. ad 3. licet aduersentur Scotus in 1. d. 2. quæst. 2. & Durandus in 1. d. 43. quæst. 1. de qua re suo loco; item quòd Deus quolibet momento producere potest syncategorematicè infinita indiuidua cuiuscunque speciei, quod nemo negat; & forte etiam infinitas species rerum; tamen hoc certum non sit; ut dub. seq. dicitur.

Deniq; cum corpus quodlibet ita sit aptum moueri, ut possit velocius & velocius moueri sine termino, requirit etiam potentiam motiuam infinitam actu: quandoquidè omnis perfectio effectus, quæ successiuè esse potest in effectu, debet in potentia operatiua omnis mutationis experte esse simul; nec dubium tantò maiorem & perfectiorem vim motricem requiri, quanto maior est motus celeritas. Quod argumentum, ex Gregorio Ariminense in 1. d. 43. quæst. 3. artic. 1. hac de re fuse differente, probat Vasquez disp. 103. cap. 2.

17 Non probatur autè argumentum illud, quod à sola possibili infinitate syncategorematica, siue successiuè indiuiduorum quorumlibet sumit Durandus in 1. d. 43. q. 1. n. 13. quia hac ratione solum probatur infinitas durationis in agente; & posset etià coelum, si infinito tempore staret mutabilis huius mundi statù, infinitas rana successiuè producere. Nec quòd ex Aristotele 8. Physic. c. 10 & 12. Metaph. c. 7. sumitur ab infinitate temporis, qua potest coelum à prima Intelligètia siue motore primo moueri: quia etià hac ratione solù probatur infinitas quoad durationem, siue æternitas; qualis etià Angelis posset competere; ut cum Ariminense, & Scoto locis cit. rectè Vasquez cit. disp. 103. cap. 1.

Infinitas quasi intensiuâ eiusdem potentia, sumitur tum ex eo, quod ab alio agente plane independens est, ut bene Scotus & Durandus loc. cit. tum quia habet omnem perfectionem possibilem in ratione potentia. Addunt nonnulli, in quibus etià Suarez lib. 3. de attribut. c. 9. n. 4. ipsam etiam formaliter in se spectatam; in genere entis quoque, simpliciter infinitam esse; eo quòd sit formaliter ipsa essentia; sed hoc non probatur; quandoquidem potentia formaliter est attributum ab essentia distinctum; ac proinde & infinitatem ab essentia nostro intelligendi modo distinctam habet, ut suo loco de attributis diuinis generatim diximus, & rectè etiam notauit Vasquez cit. disp. 103. cap. 2. num. 4. & 5.

Obijcit contra infinitatem diuinæ potentia ex Aristotele lib. 8. Physic. tex. 79. ubi probat S. Augustinum lib. 8. super Genesin cap. 20. 21. & 23.

18 Responderetur cum S. Thomæ hic cit. q. 25. a. 2. ad 3. Caietano ibidem, & Vasquez disp. 105. c. 3. n. 12. esse discrimen inter corpus infinitum, & agens intellectuale infinitum. Corpus enim si infinitum esset, infinitamque potentiam mouendi haberet; quia esset agens naturale & necessarium, necessariò ageret secundum vltimum potentia suæ; ac proinde aut in non tempore moueret; aut infinitam vim mouendi non haberet; cum vniuersum alioqui, quò maior est potentia motiuâ, eò maiori celeritate mouere possit; summâ ergo, ubi est summa & infinita vis motiuâ: summa autem celeritas motus esse non potest, nisi sit infinita, qualis est in instanti; quandoquidem motus successiuus quilibet in infinitum adhuc potest esse velocior. At vero Deus, quia est agens intellectuale, & liberum, non necessariò agit, vel mouet secundum vltimum suæ potentia; sed tum pro capacitate termini, siue mobilis; tum pro arbitratu suæ voluntatis. Plura de obiecto diuinæ potentia dub. sequent.

DVBIVM IV.

Possitne Deus facere plura es meliora, seu indiuidua, seu species, quæ fecerit, aut facturus sit, etiam in infinitum; idq; secundum potentia quoque, suâ ordinariâ: Et an possit facere tantum, quantum potest.

19 Spectant hæc omnia ad peculiare quasdam difficultates circa obiectum diuinæ potentia occurrentes; quæ sequentibus assertionibus breuiter declarabuntur, vna cum mente S. Thomæ loco cit.

Assertio I. Deus potest plura facere quàm fecerit, aut facturus sit. Ita S. Thomas hic q. 25. a. 5. & consentiunt omnes Doctores, estq; de fide contra Petrum Abailardum, & Wicleffum apud Waldensem, tom. 1.

lib. 1. art. 1. cap. 10. qui docent, Deum non posse aliquid facere, præter ea quæ fecit, aut facturus est. Cuius erroris meminerunt etiã, absque authoris nomine, Hugo de S. Victore l. 1. de sacram. part. 2. cap. vlt. Magister in 1. d. 43. & S. Thomas hic cit. a. 5. qui bifariam hunc errorem distinguit; primo enim ita quosdam docuisse dicit, quod existimaret, Deum agere quasi ex necessitate naturæ; vti nimirum Wiclefius absoluta necessitate euenire omnia docuit; secundo alios ita ait docuisse, quod potentia diuina licet secundum se plura facere posset, ad hanc tamen feriem rerum determinetur; propter ordinem sapientiæ & iustitiæ diuinæ, sine quo Deus nihil operatur.

Probatür assertio apertè ex scriptura, quæ Deū sapius prædicat Omnipotentem, vt vidimus dub. præcedent. Non esset autem reuera Omnipotens, si non posset plura facere, quam fecisset, aut facit: cum his multo plura sint, absque omni implicatiōe contradictionis, possibilis, vt dictum. Accedit illud Matth. 26 v. 53. *An putas, quia non possum rogare Patrem, & exhibebit tibi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?* Et Marci 14. v. 36. *Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt; transfer calicem hunc à me:* qui tamen passionis calix non ideo à Christo fuit translatus. Potuit ergo Deus aliquid facere quod non fecit.

Idem patet ex definitione Ecclesiæ in Concilio Senonensi, vbi hic Abailardi error cum reliquis damnatus est; idemque Abailardus respuit. Sicut & Wiclefii error ille, de absoluta rerum omnium necessitate, damnatus est in Concilio Constantiensi sess. 8. Refellit denique eundem errorem præter alios Patres, S. Augustinus Epist. 3. & lib. de spir. & lit. cap. 1. & lib. 9. de Gen. ad lit. cap. 29. & lib. 4. cap. 4. Ratio sumitur, tum ex infinitate diuinæ potentiæ, vt dictum. Tum quia cum homo possit plura facere, quam faciat, id Deo negari nulla ratione potest: præsertim quãdo omnia illa, quæ fecit, & facturus est, diuinam potentiam minime adæquant.

Assertio II. Deus potest facere infinita indiuidua rerum, præter ea quæ fecit. Colligitur ex S. Thoma cit. a. 5. & est communis, & certa Doctorum, quam tuetur S. Augustinus lib. 1. 2. Ciuit. ca. 18. contra quosdam antiquos Philosophos, qui dicebant, Deum solum nosse, & posse facere finita; per infinita tamen secula semper fuisse operatum, non quidem semper producendo noua, sed eadem iterando. Probatür tum ex resurrectione mortuorum, & duratione æterna alterius vitæ, in qua & Angeli, & animæ seu homines, tam beati, quam damnati, infinitas tota æternitate elicient actiones, Deo semper cooperante. Tum quia eiusmodi multitudo infinita successiua indiuiduorum non implicat contradictionem: & facilius est nouum indiuiduum producere, quam idem de nouo reproducere: hoc enim nulla vi creata fieri potest; illud potest.

Assertio III. Potest etiam Deus producere infinitas rerum species, præter eas quas produxit, aut producturus est. Ita S. Thomas hic q. 25. a. 6. in corp. & ad 1. vbi simpliciter & absolute asserit, Deum posse, qualibet re à se factâ, facere aliam meliorem.

Idem docent Caietanus, Molina, & Thomista recentiores ibidem, Gregorius de Valentia hic q. 25. punc. 3. Suarez hic lib. 3. c. 9. & in Metaph. disp. 3. sect. 17. à numer. 18. & Vasquez disput. 106. cap. 2. ex communi: & si contrarium docuerint Durandus in 1. d. 44. quest. 2. (qui addit, forte nec plures species esse possibles, quam sint factæ;) Aureolus in 1. d. 44. art. 9. & apud eundem Henricus quodlib. 8. q. 8. & Goffredus quodlib. 15. q. 3. rati impossibilem esse in speciebus processum eiusmodi multitudinis infinitæ; quæ sententia indicatur etiam à Scoto in 3. d. 13. qu. 1. & tamen quidem minus probabilis est, & minus tuta etiam iudicatur à Molina, nulla tamen grauiore nota digna est, vt rectè Vasquez.

Probatür Assertio. Primò; Quando Prototypo est tantæ perfectionis, vt cum sit quidem imitabile per varias imagines, nulla tamen possit esse imago, quæ adæquate, & modo perfectissimo Prototypo respondeat, tunc possunt plures semper ac plures aliæ fieri imagines, etiam in infinitum, quarum semper vna sit diuersa ab alia; & vna perfectior quam alia: at vero Deus respectu creaturarum se habet veluti Prototypum, ob infinitatem suam, adeo perfectum, vt à nulla creatura vnquam eius perfectio adæquari possit, non solum in essendo, sed nec in representando quidem: Ergo possunt plures semper ac plures aliæ fieri creaturæ in infinitum, quarum semper vna sit diuersa ab alia. Eadem ratio proponi etiam potest; sub nomine Ideæ. Est enim DEVS Idea rerum faciendarum, in infinitæ perfectionis: Ergo infinite imitabilis, tam in numero rerum, quam in varietate.

Secundò; non implicat contradictionem dari species alias perfectiores semper in infinitum; Ergo. Antecedens probatur. Nam si implicaret, ratio esset ea, quæ ex Scoto & Durando loco citat. defumitur, quod admissa hac multitudine infinita specierum, necesse foret dari supremam, quæ distet infinite ab infima; adeoque sit infinita secundum essentiam; vt pote eminenter continens aliarum omnium perfectiones; Sicut ob eandem causam, si descendendo, semper in infinitum qualibet posita, dari posset imperfectior, sequeretur, dari aliquam determinatam, quæ perfectior esset infinitis; ac proinde ipsa etiam infinita esset secundum essentiam: sed impossibile est dari creaturam secundum essentiam infinitæ perfectionis, vt constat ex dictis superius de infinitate Dei: Ergo, &c.

Verum hæc ratio non concludit. Respondetur enim primò, negando sequelam argumenti: quia in eiusmodi serie infinita specierum ascendendo, hoc ipso, quod est infinita, nulla datur suprema, tamen quidem daretur suprema, infinite ab alijs distans, si descendendo semper alia & alia imperfectior esset possibilis: quare etiam esto infinitas hæc descendendo sit impossibilis, infinitas tamen illa ascendendo ea ratione non probatur impossibilis, vt notauit etiam Vasquez loc. cit.

Respondetur secundò, vtroque processu, siue ascensus fiat, siue descensus, ab aliqua certa specie designata, non sequitur vllam fore infinitam simpliciter secundum essentiam, sed solum secundum

dum quid, ob perfectionem altioris ordinis, seu gradum essentialem tam perfectum, ut à nulla alia specie possit exæquari. Qua etiam ratione dicimus, præstantiam auri in sua specifica ratione, infinitè quodammodo superare perfectione cætera omnia metalla: quia utcumque augeantur cætera, ac in sua perfectione crescant, nunquam ad specificam auri perfectionem accedere possent. Neque verò est necesse, ut quod in rebus creatis est alijs perfectius, omnem perfectionem aliorum eminenter aut virtualiter contineat; quando nec homo formicæ perfectionem specificam eminenter continet, ut recte Gregorius de Valentia citat. punct. 3. contra Caietanum.

Addo denique nihil esse causæ, cur in multitudine infinita specierum, semper vna debeat esse altera vel perfectior absolute, vel imperfectior: quando in speciebus etiam re ipsa nunc existentibus, non apparet, vnam altera semper esse absolute perfectiorem; quis enim facile dixerit, inter plerasque brutorum species, v. g. bouem, equum, asinum, canem, ceruum; quamnam species alijs simpliciter sit perfectior. Neque quo ad hoc habent se rerum species sicut numeri, aut diuersæ partes intensionis, vel extensionis: hæc enim omnia additione partis eiusdem rationis crescunt, sicut & ablatione decrescunt; nec vero aliter, secundum speciem quasi, nisi hæc ratione multiplicentur; ac propterea necessario alia alijs sunt perfectiora: at verò in naturis rerum, quæ per proprias differentias specificas nihil communicantes inter se, seipsis totis quodammodo & adæquate differunt, non est cur necessario alia alijs omnibus simpliciter & absolute perfectiores, aut imperfectiores esse debeant: satis est, singulas suis proprijs differentijs esse diuersas. Plura huius generis argumenta accuratè dissoluit Gregorius de Valentia cit. punct. 3.

5 Assertio IV. *DEVS* non potest mutare, aut rem meliorem facere essentialiter, siue secundum essentiam; potest tamen rem eandem meliorem facere secundum accidentia. Ita Sanctus Thomas hæc quæst. 25. articulo 6. & consentiunt omnes. Ratio est. Quia rerum essentia sunt sicut numeri; quibus si additio fiat, hoc ipso amittunt priorem essentiam: quia tamen eadem res & specie & numero substare potest varijs accidentibus, potest utique accidentaliter magis vel minus perfici, adeoque melior reddi.

Assertio V. Deus qualibet re facta potest facere meliorem: tam secundum speciem, si de substantialibus naturis agamus, quam indiuiduum. Ita S. Thomas artic. 6. Caietanus, Molina, & Thomista ibidem, alijsque citati pro assertione 3. & patet ex dictis pro eadem & 4. assertione.

Excipere tamen ibidem videtur Sanctus Thomas in resp. ad 4. res quasdam, quas negat fieri posse meliores. *Humanitas Christi*, inquit, ex hoc, quod est vnica Deo; *et beatitudo creata ex hoc, quod est fruitio Dei*; *et beata Virgo, ex hoc, quod est mater Dei, habent quandam dignitatem infinitam, ex bono infinito, quod est DEVS*; ex hac parte non potest aliquid fieri melius eis, sicut non potest aliquid melius esse Deo. Sed S. Thomas seipsum satis declarat per adiecta verba, ex hac par-

te, quibus significat nihil his fieri posse melius secundum specificam rationem cuiusque excellentia, & in suo genere; tamen si singula ista in suo ordine, saltem accidentaliter, magis perfici possent.

6 Assertio VI. Deus per absolutam potentiam, non solum aliud vniuersum numero distinctum, sed probabiliter etiam aliud vniuersum essentialiter diuersum ac melius, constans substantijs omnibus diuersis facere potest. Ita cum sancto Thoma, Bonaventura, Gabriele, Maiore in r. d. 44. & Capreolo disp. 43. docet Vasquez disput. 107. cap. 2. consentiunt citati pro assertione 3. Ex qua etiam sumitur ratio. Hoc ipso enim, quod infinitas rerum species potest producere, diuersas ab ijs, quas hæcenus produxit, potest etiam ex illis ipsis proprium ac essentialiter diuersum vniuersum constituere: quicquid Aristoteles r. de celo capit. 9. male existimari, nullum aliud vniuersum nec numero quidem diuersum esse possibile: quasi ideo terra vnus moueretur ad centrum alterius vniuersi; quod est friuolum.

Prudenter tamen addit Vasquez numero 3. & 4. Etiam si dicamus, Deum posse aliud vniuersum facere, nihilominus affirmare certo nos posse, aliud non esse; quia ex sacra Scriptura de huius tantum vniuersi creatione nobis constat: neque vero etiam ideo dicendum, posse quoque aliquam creaturam rationalem corpoream specie ab homine distinctam produci: cum rationale sit vltima differentia hominis, quæ ulterius contrahi non potest.

7 Assertio VII. Potest etiam Deus hoc ipsum numero vniuersum, quoad partes permanentes, quas habet, facere melius accidentaliter. Ita Durandus in r. d. 44. quæst. 3. & Vasquez cit. disp. 107. num. 6. & videtur ex mente communi Scholasticorum. Ratio sumitur ex assert. 5. si enim rem quamlibet potest meliorem reddere accidentaliter; cur non & totum vniuersum? cum præsertim singulis accidentaliter bonitate perfectioribus redditis, non possit non ipsum etiã vniuersum melius reddi. Idem patet tum ex statu innocentia, in quo procul dubio melior futura fuisset conditio totius vniuersi; tum ex statu alterius vitæ, ad quem ipsæ creaturæ quasi parturientes aspirant, cupientes liberari à seruitute corruptionis Rom. 8. v. 22.

Neque his aduersatur Sanctus Thomas articulo 6. ad 3. vbi docet, non posse fieri melius hoc vniuersum, permanentibus partibus, quas habet; propter decentissimum, inquit, ordinem his rebus attributum à Deo; in quo bonum vniuersi consistit: quorum si vnum aliquid esset melius, corrumpetur proportio ordinis. Sicut si vna chorda plus debito intenderetur, corrumpetur cythara melodia.

Primo enim ipsemet Sanctus Thomas mox ibidem adiungit, posse Deum aliarum rerum adiunctione hoc vniuersum facere melius: Possit tamen, inquit, Deus aliã res facere, vel alias addere istis rebus factis: et sic esset illud vniuersum melius. Deinde Sanctus Thomas loquitur de bonitate & ordine essentiali reb? Vniuersi conueniente, ut ex ratione subiecta colligitur. Alioqui enim sicut ipsa boni-

tas rerum individualis, ita & bonitas ordinis, non consistit in indivisibili, vt rectè Vasquez disput. 107. capit. 3.

Assertio VIII. Deus proinde potest aliquid melius facere, quam fecerit, si melius sit nomen: si vero aduerbium sit, potest quoque melius aliquid facere, quam fecerit, si eadem vocula importet modum ex parte rei factæ, secus si modum ex parte facientis. Ita Sanctus Thomas artic. 6. ad 1. ex Communi. Ratio prioris partis patet ex dictis. Ratio postremæ partis est: quia non potest Deus facere quicquam, ex maiori sapientia & bonitate.

9 Objici huic, & præcedenti assertioni potest etiam Sanctus Augustinus lib. 3. de lib. arbit. capit. 5. vbi sic ait: *Quicquid tibi vera ratione melius occurrerit, scias fecisse Deum, tanquam honorum omnium Conditorum*: quod ab eo fuit ibidem differitur. Respondetur, melius ibi vocari ab Augustino, non quod secundum se melius est; quando mox ibidem dicitur: *recta ratione homini in hoc statu constituto præponi creaturam, quæ nunquam peccat*, qualem etiam Deus hominem condere potuisset: sed melius vocat, ex suppositione finis à Deo intenti, ac iuxta suam diuinæ providentiæ dispositionem: qua ratione, par est, omnia optimo modo à Deo facta profiteri: neque fas est nobis, quasi temerè iudicando, dicere; si Deus hoc, vel alio modo res fecisset, melius fecisset. Videri potest S. Thomas art. 5. ad 2.

Assertio IX. Deus non potest hoc vniuersum melius facere, secundum ordinem ad præstantiorem aliquem finem: quamuis in ordine ad eundem finem magis adhuc perfici potuisset. Ita Sanctus Thomas citato articulo 6. ad 4. Durandus, & Capreolus loco citat. Vasquez disp. 107. numero 6. Ratio est; quia finis huius vniuersi Deus est, quo nullus esse potest finis præstantior: potuisset tamen fieri, vt hunc finem plures & perfectius assequerentur; quod nemo potest negare: & ita patet pars vtrique assertionis.

10 Assertio X. Secundum absolutam quidem potentiam, multa facere potest Deus, & ea quidem ipsa, quæ hæcenus retulimus, ab eo fieri posse, quæ tamen non facit. Secundum potentiam vero ordinatam, vt nihil potest facere Deus, quod non facit, ita nihil facit, quod non sit de potentia ordinata. S. Thomas cit. quæst. 25. artic. 5. ad 1. & lib. 3. cont. gent. capit. 98. quem sequuntur Thomistæ: tamen quoad posteriorem partem opposito modo loquitur Scotus in 1. dist. 44. quæst. 1. & Maior dist. 43. quæst. 1. nimirum & secundum potentiam ordinatam posse facere Deum aliquid, quod non facit, & re ipsa nonnunquam facere aliquid, quod non sit de potentia ordinata. Sed in re non est dissensio. Scotus enim potentiam ordinatam accipit pro ea, quæ per legem determinata est; absolutam, quæ lege soluta est, adeoque præter legem operatur. Sanctus Thomas vero potentiam ordinatam eam vocat, quæ decreto diuinæ voluntatis determinatur; absolutam vero, quæ à tali decreto soluta est.

Quia igitur Deus nonnunquam facit & fecit aliquid præter communem legem; v. g. præseruando beatam Virginem à culpa originali, aut sanctificando in vtero B. Ioannem Baptistam. &c. nunquam tamen facit quicquam, quod non sit decreto voluntatis præordinatum; vterque tamen Scotus, quam Sanctus Thomas re ipsa verum dixerunt.

Magis tamen proprius est modus loquendi Sancti Thomæ; quia potentia in ordine ad rem communi lege præscriptam, non tam dicitur ordinata, quam ordinaria: quo sensu verissimum est, Deum multa non solum facere posse, sed etiam re ipsa facere per potentiam absolutam, quæ sunt præter potentiam ordinariam, seu quæ non facit de potentia ordinaria.

Quo modo nunc etiam communiter loquuntur Theologi, distinguentes quasi tres modos, seu considerationes diuinæ potentiae: primam dicunt absolutam, quæ omni lege & decreto diuino prior, adeoque ab ijs independens cogitatur; secundam ordinariam, quæ supponit legem DEI communem; cui se conformet in agendo: tertiam extra ordinariam quæ operatur præter communem legem: tamen veteres scholastici pro potentia ordinaria, dixerint, potentiam ordinatam; verbis paulo diuersis, & sensu fere alio, vt dictum.

Assertio XI. Deus non potest facere simul omnia, quæ potest facere: & quamuis possit facere simul omnia, quæ potest facere simul; sicut etiam potest facere omnia, quæ potest facere: non tamen poni potest: hæc omnia facta esse simul; quæ potest facere simul; sicut nec facta esse omnia, quæ potest facere. Videri quidem potest hæc assertio ænigmatica, & partim nugatoria: sed verissima tamen est, ac ex mente omnium, & necessaria ad soluendam quandam difficultatem, quæ contra infinitam potentiam Dei obijci potest.

Declaratur. Deus enim (succesiuè) facere potest infinita, vt ex assertionem liquet, quæ tamen simul facere non potest; quia esset infinitum actu; quod implicat vt suo loco dictum.

Deum autem posse facere simul omnia, quæ potest facere simul; item facere posse omnia, quæ potest facere; cum sint propositiones identicæ, vtique verissimæ sunt, nec priori assertioni contrariæ; vt patet.

Denique non posse tamen poni, aut ea omnia re ipsa facta esse simul, quæ potest facere simul, aut absolute ea omnia re ipsa facta esse, quæ potest facere, ex hoc euidentis est; quia si ponamus simul; ac re ipsa nunc à Deo facta esse omnia, quæ simul facere potest, tunc ex ea hypothesi, quæ possibilis ponitur, nihil aliud restabit, quod præter ea, quæ fecit, simul facere possit; fecit enim ea omnia, vt supponitur: atqui impossibile est, vt Deus præter omnia, quæ simul re ipsa fecit, non possit facere plura: omnia enim, quæ simul fecit, & actu facere etiam potuit, actu sunt finita; quia infinitum actu implicat contradictionem, vt superius suo loco dictum est: cum tamen præter quamcunque multitudinem actu finitam, facere vtique D E V S possit aliam,

& aliam maiorem in infinitum: Ergo cum ex hac hypothese sequatur impossibile; hypothesis ipsa quoque erit impossibilis.

12 Eodem modo si DEVS absolute omnia fecit, quæ facere potest; ergo nihil potest facere amplius, quam quod fecit: hoc vero est impossibile; tum quia sic exhausta esset diuina potentia; tum quia omnia quæ fecisse DEVS potuit, actu sunt tantum finita; ob dictam rationem; præter quamcunque autem multitudinem finitam rerum; DEVS potest facere aliam & aliam, seu maiorem & maiorem in infinitum: cum igitur ex hac etiam hypothese sequatur impossibile, necesse est, & ipsam quoque hypothesis esse impossibilem; impossibile est ergo, ut Deus fecerit omnia, quæ facere potest.

Sed contra hanc doctrinam obijci potest hoc argumentum: Posito possibili in esse, non sequitur impossibile; aut si sequitur impossibile, non est possibile, ut docet Aristoteles lib. I. prior. c. 12. Cum ergo possibile sit, DEVM facere omnia quæ potest facere, hoc ipso, quod ut dictum est, facere potest omnia, quæ potest facere; ergo poni potest, eum re ipsa fecisse omnia, quæ potest facere; neque inde sequetur aliquid impossibile; aut si sequetur impossibile, non erit possibile, quod dicimus possibile.

13 Respondeo, dictum illud Aristotelis intelligendum, nisi per hoc, quod ponitur possibile, in esse, mutetur suppositio terminorum: quando enim hoc accidit, non est necesse ut possibile, re ipsa ponatur in esse. V. G. Hæc est vera propositio: Petrus potest hodie comedere omnes panes, distributiue, seu copulatiue (non copulatiue,) qui sunt in hac vrbe; singulos enim potest hodie comedere, ut suppono; & tamen non potest poni in esse, Petrum comedisse panes omnes (distributiue) qui sunt in hac vrbe: Si enim comedisset omnes distributiue, seu copulatiue, tum comedisset singulos, ac proinde etiam vniuersos, atque omnes copulatiue: comestis enim singulis, nullus relinquitur panis, quem non comederit: impossibile est autem, Petrum comedere, aut comedisse hodie panes omnes copulatiue, qui sunt in hac vrbe, ut supponimus. Quamuis ergo vera sit hæc propositio, Petrus potest hodie comedere panes singulos, seu omnes copulatiue, qui sunt in hac vrbe; non tamen poni potest in esse, eum comedisse panes singulos, seu omnes copulatiue; idque non ob aliam causam, nisi quia per hoc quod possibile, ponitur in esse, mutatur suppositio terminorum.

14 Eodem ergo modo dico in proposito, tamen si DEVS possit simul facere omnia, quæ potest simul facere; & possit absolute etiam facere omnia, quæ potest facere; non tamen poni, vel admitti potest, DEVM simul fecisse omnia, quæ simul facere potest; aut absolute fecisse omnia, quæ facere potest, ob dictam causam. Quando enim dicitur, DEVM facere simul omnia posse, quæ potest simul facere; intelligitur propositio vera esse in sensu confuso, nam & hoc potest, & illud, & illud, sine termino; nec vnquam

rem determinatam & finitam designando, tantum facere simul potest, quin plus possit, atque totum id quod facit, aut fecit, est determinatum & vndeque finitum. Eadem est ratio alterius propositionis. Sicut etiam ob similem causam, licet à quolibet, toto vitæ tempore, vitari per gratiam possint omnia peccata venialia, copulatiue, non tamen ideo concedi potest, quandoque per ordinariam gratiam ita reipsum vitata esse; quia à sensu copulatiuo transitur ad copulatum. Et hoc est, quod etiam Eckius in Chryl. Cent. 4. numero 40. ex Logica recte inculcat; non semper possibile in re ipsa positum dari oportere; quia subinde mutatur suppositio.

Atque ex his nunc soluitur argumentum quoddam, contra propositas superiores assertiones, quod videri aliqui potest insolubile, quod est hoc: DEVS potest modo re ipsa facere tantum; quantum potest modo facere; ponamus ergo iam fecisse, quod possibile est eum facere; quia iuxta dialecticos, possibile positum in esse, nihil sequitur impossibile: Ergo tunc nihil supererit possibile, aut factibile amplius: Ergo Deus non potest quibuslibet rebus factis addere alias.

Respondendum enim est, falsum esse, posse modo facere, quantum potest modo, si vocula, modo, priori loco posita, appellet non ipsum posse, sed, Facere; quem sensum deposcit ea hypothesis; quæ ideo etiam est impossibilis. Quod si propositio illa ita formetur, Deus potest tantum facere modo, quantum potest facere modo, ita scilicet, ut vocula modo vbique appellet ipsum facere, non potentiam faciendi, tum erit identica, & vera propositio: sed hypothesis non ideo erit concedenda, quia mutatur suppositio ex parte obiecti; ex confusa in determinatam, ut dictum.

D V B I V M V.

An vti ad operationes transeuntes, ita etiam ad immanentes, detur in Deo potentia actiua, ab illis ipsis operationibus immanētibus ratione distincta.

S. Thomas I. p. q. 25. a. 1.

NON spectat quidem hæc res proprie ad potentiam diuinam, de qua hic agimus; sed potius ad quæstiones, de scientia & voluntate Dei: quia tamē S. Thomas hoc loco q. 25. a. 1. ad 2. & 3. aliqua eius mentionem facit; eaq; simul per analogiā ad diuinam potentiam transeuntem, de qua hic disputatur, explicanda est; ideo consulto eā in hunc locum distulimus. Perinde autem est, ac si quærās, dicatne voluntas & intellectus in Deo, formaliter & secundum nostrum concipiēdi modum, solum actum secundum, siue actionem; an vero etiā quasi actum primum, & potentiam agendi.

De hac re sunt duæ sententiæ. Prima docet, intellectū & voluntatē in Deo non esse per modū potētīæ, seu actus primi; sed solū secundi: ac proinde

actum

actum primum & secundum in ordine ad actiones Dei immanentes, saltem absolutas, & essentielles (quicquid sit de personalibus, de quibus suo loco de Trinitate agendum) in eo nullo modo distingui, nec ratione quidem, siue secundum nostrum modum intelligendi. Ita docent Gabriel in 1. distincti. 3. 5. art. 3. Capreolus dist. 3. 5. art. 2. Ferraricensis lib. 2. contra gent. cap. 10. fauente ibidem S. Thoma, quos sequitur Suarez hic lib. 3. de attributis cap. 1. num. 1. & in metaph. disput. 30. sect. 15. num. 14. & 15. Fundamentum præcipuum est; tum quia potentia agendi, respectu actionis immanens, est aliquid potentiale perfectibile per actionem, quod Deo tribui non potest; cum in omni genere Entis sit actus purus. Tum quia reuera nullum est in Deo principium eliciciens actiones immanentes; quandoquidem nulla est in Deo perfectio in diuinarum à parte rei actualis distinctio.

Secunda sententia docet, in Deo esse intellectum & voluntatem, tam per modum actus primi, quam secundi, etiam respectu actionum immanentium. Ita Scotus, eiusque sectatores; qui plus etiam dicunt, scilicet intellectum in Deo distingui ab intellectu, & voluntatem à volitione, etiam ex natura rei, ac non solum per intellectum nostrum, vt vniuersum supra quæst. 2. dub. 2. retulimus. Eandem sententiam, sed cum sola distinctione rationis, inter actum primum & secundum, tradit Vasquez 1. p. disp. 102. num. 1. & indicat aperte S. Thomas hic q. 25. a. 1. ad 2. & 3. vt dicemus.

Supponendum primò, intellectum & voluntatem esse quidem in Deo, per modum potentia seu principij productiui, tum respectu actionum transeuntium; tum etiam respectu personarum diuinarum ad intra procedentium: quandoquidem omnes ferè Theologi in hoc conueniunt; intellectum & voluntatem, siue ipsam intellectiōem & volitionem diuinam, vt sunt actiones in Deo immanentes, esse quædam principia actionum transeuntium: siquidem Deus ipso etiam intellectu & voluntate sua ad extra agit. Quo sensu etiam iuxta S. Thomam p. 1. q. 46. a. 1. ad 10. rectè dicitur, actionem productiuam mundi, ab æterno fuisse in Deo, non tamen ipsam productionem, vt rectè etiam notauit Gregorius de Valentia hic q. 25. punct. 1. & dictum supra q. 7. dub. 2. Eodem modo communis est Doctorum sententia, verè ac propriè in Deo esse potentiam actiuam, seu productiuam ad intra, respectu personæ productæ; quandoquidem persona producta verè ac propriè re ipsa ab altera persona procedit, vt suo loco dicitur, cum S. Thoma 1. p. q. 41. a. 4. contra Aureolum in 1. d. 7.

Secundo supponendum est, nullam esse controuersiam, an actiones immanentes sint verè productiones, re ipsa ac ex natura rei procedentes ab intellectu & voluntate diuina; quando etiam Scotus, vt cunque ea ex natura rei distinxerit, nunquam tamen asseruit, actiones illas re ipsa ac per veram productionem à Deo procedere: alioquin enim processiones etiam essentielles, & per consequens plures personæ siue termini producti, & procedentes in Deo essent distinguendi; quod nemo dixerit. Solum igitur est quæstio, an ad actus immanentes in Deo admittende sint potentia quasi agentes nostro intelligendi mo-

do: seu an intellectus & voluntas Dei possint à nobis concipi, per modum quasi agentis & elicentis, tamen re ipsa nihil producant, vt rectè Vasquez cit. disp. 102. cap. 1. num. 2. His positis, ad præsentem dubitationem est hæc

Assertio vnica. Probabilius est, intellectum & voluntatem, respectu actionum immanentium esse in Deo, iuxta nostrum concipiendi modum, non solum per modum actus secundi, seu actualis intellectiōis aut volitionis; sed etiam per modum actus primi, seu potentia quasi operatiua: adeo vt intellectus ab intellectu, & voluntas à volitione in Deo ratione distinguantur. Ita sentio cum auctoribus secundæ sententiæ. Neque dubito, hanc esse doctrinam S. Thomæ hic q. 25. art. 1. ad 2. & 3. vbi expressè concludit, & actionem immanentem, & potentiam ad eandem actionem esse in Deo. Ita enim loquitur resp. ad 2. *Ad secundum dicendum, quod quandoquidem actus est aliud à potentia, oportet quod actus sit nobilior potentia: sed actio Dei (vtique immanens) non est aliud ab eius potentia, sed verum est essentia diuina: quia nec esse eius est aliud ab eius essentia. Vnde non oportet, quod aliud sit nobilior, quam potentia Dei.* Et resp. ad 3. ait *In Deo saluatur ratio potentia, quantum ad hoc, quod est principium effectus; non autem quantum ad hoc, quod est principium actionis, quæ est diuina essentia: nisi forte secundum modum intelligendi, prout essentia diuina (quæ in se simpliciter præhabet quicquid perfectionis est in rebus creatis) potest intelligi, & sub ratione actionis, & sub ratione potentia: sicut etiam intelligitur, & sub ratione suppositi habentis naturam, & sub ratione natura. Quo nihil posset dici clarius.*

Idem non minus aperte docet S. Thomas lib. 2. cont. gent. cap. 10. vbi ait: *Quia potentia respectum ad alterum importat in ratione principij, (est enim potentia actiua principium agendi in aliud, vt patet per Philosophum in 5. metaph.) manifestum est, quod potentia dicitur de Deo, per respectum ad facta secundum rei veritatem; non per respectum ad actionem: nisi secundum modum intelligendi; prout intellectus noster diuersis conceptionibus vtrumque considerat; scilicet diuinam potentiam, & eius actionem. Vnde si actiones aliqua Deo conueniant, quæ non in aliquo factum transeant, sed maneat in agente, respectu harum non dicitur in Deo potentia, nisi secundum modum intelligendi, non secundum rei veritatem: huiusmodi autem actiones, sunt intelligere & velle.*

Hæc S. Thomas: quibus nihil ab eo dici potuit manifestius; vt planè immerito hic idem locus pro opposita sententia citetur; quando perspicuum est, ex doctrina S. Thomæ, tam intellectum, quam voluntatem; secundum nostrum concipiendi modum, in Deo esse etiam per modum potentia; idque non modo respectu actionum transeuntium, sed etiam immanentium, vt sunt intelligere & velle. Id vero quod mox ibidem subiicit S. Thomas: *Intellectus igitur, & voluntas in Deo non sunt vt potentia, sed solum vt actiones; & intelligi ex dictis aliter non potest, quam de potentis re ipsa productiuis, respectu actionum immanentium, vt superius dictum.*

Probatur assertio. Primo: Quia cum non minus alioqui sit de ratione actus secundi, vt realiter procedat ab actu primo, quam de ratione actus primi, vt ab eo realiter procedat actus secundus, non est ratio, cur vnum Deo tribuatur, alterum negetur. Se-

cundo, Actus primus, & actus secundus, sunt correlatiua; nec est vllus actus secundus, qui non supponat primum; Ergo si actus secundus in Deo est, etiam primus erit. Tertio. Datur communis quidam conceptus potentiae, ratione ab actu secundo distinctus, qui verè Deo conuenit; nimirum esse perfectionem, qua quis possit agere; siue potentia & actio re ipsa differant; & siue actus secundus verè procedat ab actu primo; siue non. Quarto. Deus re ipsa intelligit & vult; Ergo potest etiam intelligere & velle; adeoque habet potentiam intelligendi & volendi; qui conceptus est potentiae, seu actus primi; non actus secundi. Denique inter omnes ferè Doctores constat, vt dictum, verè ac proprie in Deo esse potentiam actiuam seu productiuam ad intra, respectu personae productae; & tamen nulla à parte rei est realis processio actionis notionalis à persona producente; imo forte nec potentia productiua, prout praecise dicitur principium producendi, est aliquid re ipsa distinctum ab essentia; ipsique personis productis, vt suo loco fufius dicitur. Cur non ergo hic etiam, non obstante identitate ipsius intellectus & intellectiois, dicitur non solum ipsa intellectio, sed ipsa etiam potentia intelligendi in Deo esse?

7 Ad fundamentum contrariae sententiae vtrumque, Respondetur primo; si quid probaret, etiam probaturum, non esse in Deo actionem, siue actum secundum; cum non minus sit de ratione actionis immanentis, siue actus secundi, vt re ipsa eliciatur, & perficiatur potentiam, quam de ratione potentiae & actus primi, vt perficiatur & eliciatur secundum; vt etiam in prima probatione assertionis dictum.

Respondetur secundo, de potentia & actu dupliciter loqui nos posse. Primo stricte, vt per potentiam significetur principium aliquod verè & proprie effectiuum alicuius actionis; quae proinde vicissimaliter etiam significet re ipsa procedens à principio; & hoc sensu proprie in Deo, nec est actus primus, nec secundus: nec potentia actiua, nec actio; loquendo de actibus immanentibus: cum in Deo nulla prorsus à parte rei sit inter ea, quae retulimus, diuersitas. Secundo eadem considerari possunt late & abstracte, atque communiore quadam ratione; vt nimirum potentia significet praecise perfectionem, qua quis potest agere; actio vero, id quo quis formaliter agit; siue actio & potentia re ipsa differant, vnumque ab altero re ipsa procedat, alterumque perficiat, siue non: & hoc sensu verè ac proprie vtrumque Deo tribuimus; nec conceptus vnus, est conceptus alterius, vt patet. Neque ad rationem potentiae hoc sensu requiritur, vt re ipsa sit aliquid perfectibile ab actu immanente; neque vt re ipsa producat actum secundum: sed solum vt cogitur potentia tanquam aliquid, cui secundum rationem nostram aduenire possit ratio actionis, quasi distincta & noua secundum rationem perfectio, item vt actio cogitur per modum quasi perfectionis superadditae potentiae, & ab ea secundum nostram intelligendi modum quasi procedentis; vt in simili etiam suo loco de proprietatibus & attributis diuinis in genere diximus. Atque haec de diuina potentia
fatis.

QVÆSTIO XII.

De Beatitudine Dei.

S. Thomas. I. p. q. 26. aa. 4.

Absoluetur haec questio in duabus dubitationibus. I. An, & qua ratione Deus sit beatus. II. An beatitudo sit proprium & speciale attributum Dei; & qua ratione ad alia attributa Dei comparatur.

DVBIVM I.

An, & qua ratione Deus sit Beatus.

S. Thom. I. p. q. 26. a. 1. 2. 3. & 4.

Doctrina vera, & orthodoxa S. Thomae, hac de re, in his assertionibus consistit.

Assertio I. Deus verè, proprie, ac formaliter est beatus. Ita S. Thomas q. 26. art. 1. nullo repugnante, & est de fide, ex Scriptura I. ad Timoth. 6. vers. 15. *Quem suis temporibus ostendet Deus, beatus & solus potens, Rex Regum, & Dominus dominantium.* Idem passim docent SS. Patres. Probatur à S. Thoma ibidem. Quia beatitudo nihil aliud est, quam bonum perfectum (& supremum) intellectualis naturae; suamet sufficientiam cognoscentis in bono, quod habet:

quorum vtrumque & perfectum scilicet esse, & intelligentem, excellentissime Deo conuenit. Secundo. Beatitudo secundum Boetium lib. 4. de consolat. est status omnium bonorum aggregatione perfectus: atqui Deus est in statu omnium bonorum aggregatione perfecto; non quidem quod in Deo sit aggregatio bonorum per modum compositionis: sed per modum simplicitatis: quia quae in creaturis multiplicia sunt, in Deo praexistunt simpliciter, & vniute, vt rectè idem S. Thomas cit. quest. 26. a. 1. ad 1. Tertio Beatitudo consistit in fruitione aut possessione summi boni: Deus

autem